Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Vocabularius iuris utriusque

[Nürnberg], 4. Sept. 1481

S

urn:nbn:de:bsz:31-319946

Visual Library

Sacculariȷ dicū-
tur qui vetitas artes exercētes ex
ſacculo ptim ſubducūt ⁊ ptim ſub
trabunt vel diſtrahūt. vt. ff. de ex-
traor. cri. in rub.

Sacra que ſunt. re. ſ. Res ſacre.

Sacrariū eſt locus in quo ſacra ponuntur.

Sacer loc⁹ dr̃ q manet ſac̃ etiā dirupto edificō.

Sacrum oraculū dicit̃ reſcriptū impatoris qđ
orando qs impetrauit. vel ē idē qđ reſcriptum.
vt. ſ. de lr̃a R. in v. reſcriptum.

Sacramētu m ē ſacre rei ſignū. ⁊ q̄liť differūt ſa
cramētū. ſignū. ſacrificium. et miſteriū. pbatur
. j. q. j. multi. de cō. di. ij. ſacrificiū. ⁊. c. ſignū. Et
no. ꝙ ſacramētoꝝ veritatē quidā dicūt non eſſe
apđ hereticos. xxiiij. q. j. ſciſma. j. q. j. extra eccle
ſiam. Hug. tñ dicit ꝙ heretici hñt veritatez ſa-
cramentoꝝ. ſ nō executiōz eoꝝ. de cō. di. iiij. ſic
in ſacramentis. et no. j. q. j. qui pfectionez. et. c.
dñs. et. xix. di. c. ij. Item ad ſacramētū dignita-
tis. ſ. ordinis tñ. digni ſine crimine. ſine infaīa
et irreglaritate admittūtur. ratio qꝛ illud ſacra
mentum nō ſolū ꝓpter ſe. ſ etiā ꝓpter alios ſuſci
pitur. j. q. j. §. apparet. Alia autē liberius ꝯferū
tur. qꝛ ꝓpter ſe tm̃ recipiūtur. ⁊ effect⁹ eoꝝ eſt. vt
talia ſint accipientib⁹. q̄lia corde et conſcientia
ſumūtur. vt in. §. pal. et q̄lia ſint ſacramēta re-
iterabilia ⁊ q̄ nō. no. de ſacra. rei. ſup rub.

Sacra ānotatio dicit̃ reſcriptū quod impator
ꝓprio mētis motu alicui indulget. ꝯſtituēs ſm
pces illi⁹ aliqd fieri vł nō fieri. vide. ſ. reſcriptū.

Sacrificiū dicit̃ q̄ſi ſacꝝ factū. qꝛ pce miſtica cō
ſecrať ꝓ nobis ī memoriā dñice paſſiōis. j. q. j.
c. multi.

Sacerdos. ſ noīe intelliguntť qñqȝ inferiores ⁊
noīe clicoꝝ ſupiores. ⁊ ꝯponiť ex dictiōe greca
dos. i. datio et latina ſacer. vt. xxj. di. cleros. ſi
cut eñ rex a regendo ſic ſacerdos a ſacrificando
dict⁹ ē. et ſacerdotes gentiliū dicebantur flami-
nes. q̄i filamies. a filo qđ gerebāt in capite in ſi
gnum ſacerdotij. et aliq fuerūt ꝓthoflamies. vt
in. c. cleros. pal. Et no. ꝙ ſacđos dēt eē prudēs
triplici peritiā. ſcȝ ſac̃ ſcptura ad ſubditoꝝ aias
informandas. xxxvj. di. ij. c. §. ecce. c. ſi qs. et per
to. ꝙ in eccleſia metropolitana tenētur doctores
theologie. Secundo ī ſeculari ſciētia. vt ſciat di
ſcernere veruȝ a falſo. ⁊ viā habeat ad ſcientias
pietatis maxie ad triuiuȝ. non ad delectatiōem
vel ad voluptatez. ſcilicet ad q̄druuium. vt. xxx-
vij. di. §. cur ergo. et. §. ſed ecōtra. ⁊. c. turbat. et
ergo in cathedralib⁹ eccleſijs habere debent ma
giſtri artiū liberaliū magis ad triuiū ꝙ̄ quadru
uium docenduȝ. cuius ratio patet ſupra. et. xxx-
vij. di. ſi quis grammaticam. vbi dicit in fi. grā-
maticorum aūt doctrina poteſt etiaȝ ꝓficere ad
vitaȝ. dum fuerint meliores in vſu aſſumpte. et
ſic etiam autores gentiles legi poſſunt. dum bo-
num ibi repertum ad bonos vſus cōuertatur. qꝛ
bonuȝ ē. non quia illi dixerunt. c. turbat. pal. et
ſic Paulus ſepius in ſuis epiſtolis inſerit ali-
quid ex poetis vt in epiſtola ad tytum. illud epi
menidis. cretenſes male beſtie pigri cordis. et
ad Chorinth. ſepe bonos mores corrumpūt col
loqa praua. et Jero. inſerit verſus vigilij. c. nūq̄
de conſe. diſ. v. et autoritates galieni. et ypoc-
tis. c. di. ne tales. etiā auguſt. vtitur verſib⁹ Lu
cani. c. nec mirum. circa prin. xxvj. q. v. ſed de le
gibus et phiſica vide. c. ſuper ſpecu. ne cleri. vel
mona. Tercio in ſecularib⁹ negocijs quia etiā
temporalia debet ſubditis miniſtrare et neceſſi
tatem patientibus. vt. xxxix. di. p to. ⁊. lxxvj. di.
c. fratrem. et. c nisi. de renunci.

Sacerdotes in diuinis eloquijs aliquādo dij ali
quando angeli vocantur. et a regibus ſunt ho-
norandi non iudicandi. dicente conſtantino im
peratore dignum nō eſt vt nos iudicemus deos
xj. q. j. ſacerdotibus. etiaȝ ſumitur ſacerdos qñ
qȝ in malo. C. de male. et mathe. l. nullus auru
ſper. vbi ponitur ꝓ incantatore.

Sacrilegiū dicitur quaſi ſacrum ledens vel q̄ſi
ſacrū legens. id eſt furans. de quo. xvij. q. iiij. per
totum. et maxime in. c. quiſquis. ad fi. et eſt cri-
men mixtum vt. ſ. dictum eſt. de crimine. vide
bonam gloſaȝ in. c. ſunt qui opes. xvij. q. iiij. vbi
dantur deſcriptiones ſacrilegij et pena ꝯmitten-
tis ipſum. et melius in. c. ſacrilegium. e. q. in
glo.

Sanguinis minutio neceſſaria eſt ad morbum
euitandum in multum repletis. ſm ypocrateȝ
de con. di. v. ne tales. vbi Jero. cōmendat cibi
parcitatem et reprehendit guloſitatem. oſtēdēs
commoda parcitatis et incōmoda guloſitatis
Et de ſanguinis minutione dicitur in. c. cuȝ ad
monaſterium. de ſta. mo. vbi poteſt concedi car-
nium eſus monacho minuenti. et ibi frā. đ zab.
allc. vin. dicentem reuelatum per angelum. ꝙ
qui minuit decima tercia februarij. non moriet̃
illo anno ex febrili diſtemperantia. et dicit ꝙ ꝓ
pter hoc aliqui ſe faciunt minui etiam non indi
gentes. quo nihil ſtultius eſſe poteſt. quia mi-
nutione vita decurtatur et ſenſus viſus maxi-
me offenditur. Hec zabrella ibi.

Sagina ſunt quedam herbe quas legati populi
romani portabant interlocutores pacis. quia
nemo illas herbas portantes ledebat. ſicut dele
gati grecorum qui ſolebant ea que vocantur. ci-
licia ferre. ff. de re. diui. in rub.

Salarium eſt vectigal domiciliorum. dictum

quaſi ſolarium a nomine. ſolum eo ꝙ redditur
et impenditur pro ſolo nomine penſiōis. al's po
nitur pro premio vel ꝓ mercede laboris pro re-
muneratione vt ſalariū aduocatoꝝ.

Salubris dicitur quaſi ſalutis vber. ſm glo. in
cle. dudum. de ſepul.

Saluiaria dicuntur ea que dantur ꝓ ſale. etiā
dicuntur portoria. Re. ſ. portorium.

Saltus tus tui. eſt denſitas altarum arborum
et dicitur nemus. raras habens arbores. vbi fe
re canes et venatores ſaliunt. vnde. Eſt nemus
ſaltus ſalientis dicitur actus. et dicitur a ſalio
is. eo ꝙ exiliat in altum et in ſublime cōſurgat
ſm yſi. li. xiiij. c. vj. et inde venit fund⁹ ſaltueꝰ.
C. de fun. pater. et ſaltuē. li. xj. Etiam dicuntur
talia loca vinaria et foreſte. vt in cle. ne in agro
de ſta. mo. ⁊ eſt duplex. ſcꝫ ybnus ⁊ eſtiu⁹.

Salgamum ſm hug. ē idem ꝙ cultura dictum
a ſaluo vel ſalice. ⁊ gamus nuptie vel gamia mu
lier. quia ꝓpter talia fiunt culture. ſcilicet maxi
me ꝓpter mulieres. vt in rub. C. eo. ti. li. xij.

Sanctio dicitur ꝓprie illa cōſtitutio vel lex. cō-
tra quam ſi factum fuerit pena irrogatur et im
ponitur. vt no. iij. di. in ſum. et capitur quando-
qꝫ late. vt in prohemio cle. no. Jo. an. in v. ſan-
rio.

Sanrio imperatoris eſt cui pena ſanguinis ad
ditur.

Sanrio pragmatica. Re. ſ. P.

Sanrio quandoqꝫ dicitur quelibet imperialis
conſtitutio vel inſtitutio. quandoqꝫ dicitur toti
us iuris collectio. et ſumitur etiam ſtricte ꝓ cō-
ſtitutione penali. vt no. iij. di. in ſum.

Sancte res. Re. ſ. res ſancte.

Sanctum dicitur quod defenſum et munitum ē
ab iniuria hominum. vt. ff. de re. diui. l. ſacrum
vnde iuſtinianus dictus eſt vir ſanctus. i. firm⁹
et virtutibus munitus. marcianus aūt vnus ex
auctoribus legis ait. ꝙ ſancti dicūtur a ſangui
ne quaſi imolando ſe ad effuſionem ſanguinis
deo. al's a ſanguinibus ſanctus dicitur. qđ no-
men herbas ſignificat quas ſolebant portare le
gati populi romani. ne qs eos violaret. ff. de re.
di. l. ſanctum. ſic ſancta dicūtur que neqꝫ ſacra
neqꝫ prophana ſunt ſic leges dicuntur ſancte.

Samaritanus et ſaracenus differūt. vnde ſara
ceni ſm goff. dicuntur illi q nec vet⁹ nec nouum
recipiunt teſtamentuꝫ. qui ſe nō ab agar ancil
la abrahe de qua fuit eorum origo vocare volue
runt agarenos. ſed potius a ſara vxore eius vt
libera ſe ſaracenos vocant. ſunt tñ quidam intˀ
ſaracenos ſamaritani vocati a ſamaria ciuitate
qui receperūt quinqꝫ libros moyſi. ſed prophe-
tas reſpuerunt. ⁊ quia illos reſpuerunt. ideo di
citur ꝙ n̄ coutūtur iudei ſamaritanis.

Sapientia eſt de diuinis ſed ſcientia de munda
nis. et ponuntur quinqꝫ habitus intellectuales
apud philoſophum. vj. ethicorum. Primus ſa-
pientia. et ē aſſenſus alicuius propoſitionis cuius
termini ſupponunt ꝓ principijs eſſendi. vt ſunt
deus et intelligentie. et ſic theologia et metaphi
ſica dicuntur ſapientia. Secundus habitus eſt
intellectus. et ē aſſenſus alicuius propoſitionis
per ſe note ad experientiā. vt illius. omnis ignis
eſt calidus. vel illius. quodlibet eſt vel non eſt. ⁊
generaliter cuiuſlibet principij. Tercius dicitˀ
ſcientia et eſt aſſenſus alicuius propoſitionis
cuius termini ſupponunt pro effectibus ſecūdis
naturalibus. et ſic philoſophia naturalis ē ſciē
tia. Quartus ars. Et eſt habitus aſſenſus incli
nans intellectuꝫ ad recte operandum. Et dicitˀ
habitus recta ratiōe factiuus. quia ibi debet ap
parere bonitas facti vel operati. non curando de
bonitate operantis vt eſt ars grammaticalis ⁊
fabrilis. Quintus habitus eſt prudentia que in
clinat intellectum ad debite eligendum et obti-
nendum. vt philoſophia moralis ſub qua com-
prehenditur ius ciuile et canonicum. et hec no.
ex. vj. li. ethico. areſto.

Sapiens preſumptio eſt ſapientem non errare
ff. de off. preſe. pre. l. j. et. C. de le. l. humanū. re.
ſ. diligēs preſumptio.

Sarcinator vel ſartor eſt ille qui nouit artem
ſarciendi ⁊ ſuendi veſtimenta. ⁊ dicitur a ſarrio
et differunt ſarcinator et fullo. vt not. inſti. mā-
dati. in fi. §. in glo.

Sarthofagus eſt locus vel tumba in quo ſe-
pelitur defunctus. et dicitur a ſarthos quod eſt
caro et phagin grece. id eſt comedere latine. qa
ibi caro hominis comeditur a vermibꝫ.

Sarculus eſt inſtrumentum cum quo ramus
abſcinditur vel aliquod aliđ. vt cardones et her
be inutiles exciduntur et euelluntur que naſcūtˀ
inter bonas. Iſa. viij. omnes montes in ſarculo
ſarcientur. et primo regum. xiij. in fi. ſm Jo. an.
in prohemio cle. in verbo ſarculum.

Sartatecta dicunṫ edificia que reparatione in-
digent.

Satiſdatio eſt cautio fideiuſſoria vel etiam iu-
ratoria ſi fideiuſſorem quis dari nō poſſit. re. ſ.
cautio.

Satiſdare eſt ſecuritatem per fideiuſſores dare.
ff. qui ſatiſda. co. l. j. vel ſm azonem eſt alicuius
implere voluntatem.

Satiſfacere quid ſit. patet in lege prima preal-
legata. et. ff. de pignoraticia actione. lege ſi
in rem alienam. §. omnis. et ſatiſfactum in-
telligitˀ qualitercunqꝫ ſatiſfiat. ff. quibꝫ mo. pi.

vel ypo.ſol. Item liberatur in prin.et.ff. de pig.
act.l.ſi in rem ꝑall'.§.ſi ſatiſfactuꝫ.et no.dy.in
re.pctm. de re.iu.li.vj.⁊ ſic cui remittit̃ reſtitu-
tio.regulariter intelligit̃ reſtituiſſe.vel ſatiſfeciſ-
ſe.vt ibidẽ.niſi in caſibus vbi remiſſio ñ liberat.
vt.c.ſtatutũ.§.ſi quidẽ de reſcrip.li.vj.

Scena ſm vnã ſignificatiõem ẽ obumbratio vl'
velatio in theatro vel alio loco ĩ quo hyſtriões
mimi vel ioculatores ſiue ꝯmodi ludos ſuos ex-
ercẽt.et ſic videt̃ accipi.C. de ſpe.ſceni.et leno.
li.xj. Idẽ verbũ habes.ff. de his q no.infa.l.ij.
§.ꝑtor.et.xxiij.di.maritũ.ibi exponit archi. Vl'
ſm aliã ſignificatiõeꝫ dicit̃ ſcena q ꝓmptiorẽ lenã
habet al's ſcenã et expeditiorem.ff. de edi.edic.
l.q clara.§. Item ſciẽdum.

Sauſicus morbus eſt ille q ꝑpetuo nocet niſi ſit
curatus.

Sciſma ſm goff.ẽ illicita defenſio diuiſio vl' di-
ſceſſio eorũ int̃ q̃s vnitas eſſe deberet.vel ſic.eſt
illicitus ab vnitate eccleſie vl' ab vniuerſitate di-
ſceſſus.et dicitur a ſciſſura qꝛ ꝑ ſciſma fit ab vni-
tate ſciſſura.xxiiij.q.j.ſciſſura.et differt ab here-
ſi qꝛ hereſis in principio ſui habet peruerſuꝫ do-
gma.ſed ſciſma in fine fingit aliquã hereſim vt
recte ab eccleſia videat̃ receſſiſſe.vt dicit Ihero.
.xxiij.q.iij.hereſis ⁊ ſciſma differũt ſicut genus
et ſpecies.qꝛ omis heretic⁹ ẽ ſciſmaticus ⁊ ñ eõ
uerſo niſi durauerit.

Scita ſunt ea q̃ tm̃ plebs ꝯſtituit.et vocãtur ſci-
ta.eo ꝙ plebs ea ſcit et ſciſcitat̃ ſeu rogat vt fi-
ant.ſm xſi.li.v.

Scribe tabularij ſm q̃ſdã olim creabãtur ad tẽ-
pus triẽnij ad ſcribendũ publica ratiocinia pro-
uintiaꝝ ſeu ciuitatũ.ſm accurſi.C.co.ti.in ru-
bri.li.x. et ꝓprie ſunt illi q ſcribunt nomiatos
ad munera et honores et tributa ſoluta.et ſunt
tabularij qꝛ publicis inſtrumẽtis ꝑſunt inſignũ
ciuitatib'.et hi appellãtur libellarij.vt.ff.d re
iudi.l.libellari⁹ et tabelliões vt in autẽ.d tabel.
col.ij.et ſic põt accipi.C. de bo.lib.ſi qs p⁹.§.j.
licet ⁊ aliter ibi exponat̃.al's ſcribe dicũtur qui
circa principes vel alios magnos iudices ſunt
deputati ꝓ actis ⁊ geſtis ꝯficiẽdis.hi q̃ꝫ vocant̃
ſcriptores notarij libelleñſes ꝓgmaticales epiſto-
lares exq̃ſtores.vt.C. de ap.l.precipim⁹.et.l.
in offerendis.

Scribi logogꝛphi ſm acc.dicũtur q publicis ra-
tionib' ſcribẽdis deputati ſunt. Nã logos grece
rationes publicas dicimus latine.et graphos
ſcriptura.hi etiã numerarij appellãtur.vt.C. de
ſuſce.ꝑpo.et archi.l.duos.li.x.

Scribe cẽſuales ſunt q ſcribũt cẽſuꝫ.C.d tabu.
in rub.li.xij.

Scola dicit̃ ſocietas ſcolariũ vl' loc⁹ in q̃ diſcunt
aliq vt ſcolares ſciẽtiã ⁊ prudẽtiã.alij miliciam
vt thyrones.vt.C. de priuil'.ſco.li.xij.nã ſcola
grece ẽ võtio latie.

Scolaris ẽ ꝑſona vacans ab hũanis negocijs.
ſcolaſticis dedita diſciplinis.⁊ dr̃ a ſcolõ grece
.i.vocatio latine.⁊ aris õtus.q̃ſi õtutib' vacãs
Et ſcolaris ꝑficẽ cupiẽs dꝫ hr̃e.v.ꝯditiões. Pri-
mo ſingula ꝯſideret diligẽt.qꝛ ſi certa ſunt a ſi-
gnificatiõe võꝝ nõ ẽ recedendũ.ff.d exer.ac.l.
j.§.ſi is q nauẽ.⁊.l.non alt̃.ff. de le.iij.ſi dubia
ſunt ñ maligne ſ3 benigne int̃ꝑtãda. de re.iu.c.
ij.⁊.c.ad audiẽtiã de deci. Scdo ꝙ de ꝓbabili
dubio ñ reddat ſe certũ ſ3 dubiũ.et int̃roget cer-
tiores vel peritiores. C. de inge.ma.l.ſi durãt
qꝛ ipe ſol⁹ excuſat̃ q qd diceret ñ inueit. Tercio
ꝙ hẽat ſenſũ capacẽ.c.vnico de offi.ꝑ.ñ innites
prudẽtie ſue.et verã intẽtiõeꝫ ſnie ñ ꝑuertẽs.c.
ne innitaris.de ꝯſti. Quarto ſtudiũ ꝯtinet quia
doctrine pr̃ ẽ vſus doctrine mr̃ ẽ ſcolaris.vñ. Int̃-
ciſa perit ꝯtinuata vigẽt etiã. Deficit ambobus
q vult ſuire duob'. Quito ꝙ nõ dedignet̃ a q̃cũ-
qꝫ inſtrui cui magiſterij officiũ ſit iniũctũ.c.vni-
co.ꝑall'. de offi.pri.xxiiij.q.iij.ſi habes ꝯ q̃ſdam
ex ſupbia et verecũdia int̃rogare nolẽtes qd ne-
ſciũt ⁊ mioꝝ dcta ex q̃dã indigñtiõe ſupbie deſpi-
ciẽtes.vt dic̃ hoſti.i.c.vnico.ꝑall'.

Sciſſarij trũcarij aratorij idem ſunt.

Scriniarij ⁊ ſcrinioꝝ memoriales idem ſũt.et
mgr̃i ſcrineoꝝ etiã ſcriniarij appellant̃ tabellio-
nes.vt.c. ad audiẽtiã. de ꝑſcripti.in glo.

Scditeri⁹ oli dicebat̃ q ſcdꝫ locũ obtinẽs ſcpt⁹
erat ſcdo loco ĩ matricola notariorum.vt.C. de
primice.et ſecũdice.l.j.⁊.ij.li.xij.

Secũde nuptie dicũt̃ cũ aliqs cuꝫ aliq̃ ſcdo nu-
bit.⁊ ſunt omẽs nuptie q̃ ſequũtur ſepulturã vl'
primas nuptias.ſiue ſint tercie ſiue q̃rte et ſic d
aliis. de ſ3.C. de ſe.nup.in rub.

Semeſtre eſt temp⁹ ſex menſiũ et duo ſemeſtra
faciũt ãnũ.vid iſti. de ex cu.tu.§. Itẽ cliu⁹ ĩ glo.

Semis ex ſex colligit̃ vncijs.et ẽ dimidia ps aſ-
ſis.et dr̃ q̃i ſemias.C. d mer.l.hac lege li.xij.

Seminecis ẽ ſemi mortui.vt in.l. ꝗ indignum
C. de teſta.vbi dicit.ñ ſunt neceſſaria obſeruari
momenta verboꝝ q̃ ſeminecis et balbuciẽtis li-
gua profundit.

Seſcuns cõſtat ex vncia et dimidia.et ẽ octaua
ps aſſis.et debet eius lr̃a tercia ſcribi.s.⁊ nõ.x.
vt inſti. de heredi.inſti.§. hereditas ſm accur-
ſium.

Sextãs eſt ſexta pars aſſis ex duabus vncijs cõ-
ſtans. Sed capitur quãdoqꝫ aduerſatiue.et ad-
uerſatur in iure.quando autem eſt adiuncta co-
pula aduerſatur etiam in facto.ff. de pe.here.l.
ſed et ſi.in prin.cũ glo.impropriat̃ tñ.vt in.l.
ij.in fi.ff.ſi quis cau.vbi quando cum copula
ponitur vt dicendo.ſed et ſi.aduerſatur ad fa-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

etum non ad ius. immo ſignificat ydemptitatē
iuris. et ſumit̄ illō ſiḡficatū ex copl'a q̄ copulat
nomina et nō factū ſequēs cuȝ precedenti. quia
nō pt̄. cū ſit factum diuerſum. copulat ꝙ quo ad
ius. quādo aūt ſine copula ponit̄ cū ꝯditōne ſi
vel ſine ea. tūc ſimpliciter ſignificat aduerſatiue
quo ad factū et q̄ ad ius. vt in. l. ꝟ et ſi. preal. ſi-
militer in. l. ij. in glo. ſup v̄. fortius. ff. ne qs euȝ
qui in ius vo. vi. exi. ſignificat ꝙ dictō ꝟ aduerſa
tiue ſimpliciter. vel tm̄ ad factū. prout ſuum ſiḡ
ficatū vel aliud declarat et concludit.
Senatores dicunt̄ magiſtrat⁹ ppl'i q̄ſi ſeniores
nā ſm azo. leges pri⁹ fiebāt a ppl'o eiuſqȝ intuē-
tu. ꝟ qꝛ aucto populo cepit difficile ꝯuenire in le
ge ꝯdendo. ideo elegit ppl's centum ſenatores. vt
ꝟ. de pe. here. l. vl. vt ipſi vice populi ꝯſulerent̄
et qcqd ſtatuerēt lex eſſet. Senatores aūt ſunt q
a patricijs et ꝯſulib' vſqȝ ad viros illuſtres de-
ſcenderunt. et hi ſoli ſolebant dicere ſententiam
in ſenatu. quare etiam conſulem romanum vo-
camus ſenatorem magiſtratus. vt. ff. de ſena. l.
vl. et inſti. de iu. na. gen. et ciui. §. lex ē. Senato
res etiam dici debent ſenatorum filij et nepotes
ex filijs nati. non aūt nati ex filiabus vt. l. libe-
ros. ff. de ſena.
Senatus eſt cetus iſte honeſtiſſimus ſenatorū.
qui centum erant numero. vt dicit azo. ꝟ. de ſe-
na. con. et nomen cōſulis parificatur ſenatu pri
cipis. vtputa cum habeatur vice ppl'i. et ante im
peratorem p populum et poſt imperatorem per
principeȝ ꝯſtitutus fuit ſenatus. vt. ff. de ori. iu.
l. ij.
Senatuſconſultus eſt. quod tm̄modo ſenatores
habito conſilio populis conſulendo decreuerūt
ſm yſi. li. v. et no. ꝙ multiplex eſt ſenatuſconſul
tus vt. infra patet.
Senatuſconſult⁹. romanum al's ſeprinianum
omnibus ciuitatibus fideicōmiſſariā hēditateȝ
iubet reſtitui. et in eam ⁊ ad eam omēs actiōes
transferri.
Senatuſconſul. artificianum al's artificilianuȝ
quo cauetur vt preſides prouinciarū cognoſcāt
in prouincijs de libertate. licet heres non ſit fili
us prouincie.
Senatuſconſul. claudianum tollendum ſtatue-
rat. ꝙ mulier libera ſeruili amore capta. ſi ei de
nunciatū eſſet a domino ne cōmiſceretur ſeruo
ſuo. et iudex ſuper ea cauſa ammonuiſſet nec ip-
ſa acquieſceret. ſubſtantiam ſuam et libertateȝ
amittebat et fiebat ſerua vel ancilla domini de-
nunciantis. quod quia viſum eſt miſerabile et
indignum. ſublatum ē.
Senatuſconſul. lc boneanum eum coherceт qui
ob inſtruendam actionem vel teſtamentum pu-
blicam pecuniam acceperit. pactusve fuerit

Item qui perfecto teſtamento legatuȝ ſibi aſcri
bit. Item heredeȝ q in exheredatione aut in ali-
cuius cōdemnationē legatū aſcribit.
Senatuſconſul. macedoniū habet locuȝ. qn̄ ali
quis filiofamilias in poteſtate patris exiſtenti
mutuo pecuniam tradidit. qꝛ ꝟ ſenatuſconſultū
ꝓhibuit mutuam pecuniam dari filijſfamilias
ne onere debitoꝝ preḡuati eſſent occaſio machi
nandi mortē patri. Si aūt cōtra ſenatuſconſul-
tum iſtud qs filiofamilias nūmos tradiderit.
traditos amittat niſi ipe filiuſfamilias habeat
caſtrenſe peculiū vl' quaſi caſtrenſe. eo eñ vtitur
vt paterfamilias. Eſt aūt dictuȝ macedonianū
ſm azo. ꝟ. e. ti. macedōe peſſimo fenēatore. q t̄-
dendo pecuniā et ſi nō expreſſe tm̄ tacite et vela
tis verbis ſuadebat de occiſione patris. Et no.
ꝙ auxilio ſenatuſconſulti velleyo renunciatur.
vt in. l. vl. ff. ad velley. ⁊. ꝟ. qn̄ mulier tute. off.
fungi. poſ. in autē. mr̄i. ꝟ macedoiano renūcia-
re nō pt̄. vnde poſt ſententiaȝ datur exceptio ex
eo. ff. ad maced. l. j. et ratio eſt. quia primū ſena
tuſconſultū ē fauorabile. tm̄ in fauorem mulieꝝ
inductū. ſed ſcd'm in fauorem filioꝝfamilias ⁊
in odiū creditorum. ff. de ꝯdi. inde. l. qui excepti
onem. hec goff. v̄ renūci. §. renūciat̄.
Senatuſconſul. orphicianū ad ſucceſſioneȝ ma
tris inteſtate filias vel filios legitimos ſiue vul-
go queſitos vocat. niſi mr̄ ſit illuſtris cuius fili-
um nominare ſpuriū ſatis eſt acerbum. vocatqȝ
ex teſtamēto nepotes q oīno preferunt̄ ꝯſangui
neis et cognatis ſiue agnatis.
Senatuſconſul. pagazianū ſtatuit. vt qn̄ ſcript⁹
heres rogatus ē totā hereditatē vel pl⁹ q̄ dodrā-
tem reſtituere alicui. liceat ſcripto heredi totius
hereditatis quartā ptem retinē. quo caſu onera
hereditaria ſuſtineat inter ſe et illū cui hēditas
reſtituit̄. int̄ quem ⁊ ipm cui hereditatem reſti-
tuit ſtipulationes ſolebant interponi vt coicent
ꝓ rata pte lucrū et damnum.
Sēatuſcō. piſanianū vt ſi pene obnoxi⁹ ſiue fu⁹
veiſſet qn̄ aia ouerſuȝ ſit i eū. p̄ciū venditor pſtȝ
emptori.
Senatuſcō. plautianū de libēis agſcendis logt̄
q p⁹ diuorciū educāt̄. p ꝟ pmittit̄ mlr'i ſi putȝ ſe
p̄gnātē denūciare marito ſuo. ī. xxv. dies. vl'. xxx
poſt diuortiū. ita ꝙ niſi marit⁹ cuſtodes miſerit
aut ꝯriū nūciauērit ex ſe eā n̄ eē pregnatā: cogat̄
ptum agſcē tanq̄ ſuū. ſi vo vi ipſa oppſſa fuerit.
nullū ꝟ ptui generat preiudiciū.
Senatuſconſul. iulianū dicitur q̄ directā ſibi ſ-
ui accipiūt libertatē. cū illi a qb' libertates erāt
relicte. a pretore vocati nolūt adeſſe.
Senatuſconſul. ſilleyanum et claudianum. pu
nit ſeruos capite. q dn̄is ſuis cū vōrent̄ oīmodā
opeȝ vel auxiliuȝ inq̄tum potuerunt non tule-

runt vel impenderunt.cum ipſi hoc viderent et
audirent.
Senatuſcō.terculianum quo cauetur matri ñ
auie de teſta.ſucceſſione deferenda.vt mater in-
genua trium liberorum ius hñs ſi libertina qr
to filio ſuccedit defuncto.non exiſtentibus vlti-
mis liberis vel emancipatis nec a mr̄e nec a pa-
tre defuncti ſed nouo iure.et ſi ſolum vnum pe-
periſſet.ſiue ſit ingenua ſiue libertina.idem ius
verſatur.Uel ſenatuſconſultū terculianum di-
citur cū matres vocantur ad hereditates filioꝝ
ſenatuſconſul.tercul.vt inſti.de teſta.per totum
et no.ff.de excep.rei iud.l.ſi iure.in prin.ꝛ ma-
xime in.l.j.ff.eodem titulo.
Senatuſcon.trayanū al's caruianuꝫ ſtatuit ſi
inter plures heredes infans ſit qui fari non poſ-
ſit.et ipſi rogentur ſeruum manumittere.nō iō
libertas intercidatur qꝛ fari non poteſt infans
nec ſeruum poteſt vendere.ſed eſtimanti par-
tibꝫ ſeruū manumittant.ſalua portione infātis
Senatuſconſul.damaſianum dicitur.quo cau-
tum ē ſi abeſt ille iuſta cauſa qui libertatē dbet.
et hoc pronunciatum ſit.ꝙ perinde libertas ei
ꝯpetit.vt ſi ab ipſo directe data eſſet.
Senatuſconſul.trebel.a nouo iure incremētuꝫ
et formam hanc accepit.vt excluſo ſenatuſcōſul
to pagaziano.liceat hereditatem reſtituenti q̄r-
tam partem retinere.inter ipſum et fideicōmiſ-
ſarium pro rata portione.dimiſſis actionibus
contra cōmunem ſtipulationem.et ſi totaꝫ here
ditatem volens reſtituerit ad eum et in eum om
nes transfert ſtipulationes.
Senatuſcon.turpilianū.q̄ ſtatuit̄ ne quis publi
ci iudicij crimen intentās ab accuſatione publi-
ci criminis cauſa ordiata.i.pꝰ inſcriptionē et ſi
deiuſſionē datā deſiſtat abolitiōe nō impetrata
Senatuſconſul.velleyanuꝫ inductum eſt in fa
uorem mulierum.ſ.illarum q̄ leuitate ſua et ſe
xus fragilitate ſe et ſua obligant.ꝓ alijs fideiu-
bendo vel obligationem in ſe recipiendo.ꝑ hoc
in ſenatuſconſultum eis ſubuenit̄.ꝛ conceditur
vt ipſe indemnes ſeruent̄.et ſi cōueniant̄ pro ta
li obligatione.poſſunt opponere exceptiōꝫ ſena-
tuſconſulti velle.ceſſat aūt h̄ ſenatu.cū mlr̄ renū
ciauit velley.ꝛ oī auxilio.ff.e.ti.l.vl.ꝛ dictū eſt
a velleyano ꝯſule.q̄ fuit autor illius ſtatuti.Et
nota ꝙ mlier pt̄ renūciare velleyano abſqꝫ alia
certioratione vt notat̄ in.l.iuris ignorātia.C.
q̄ admit.ad bo.poſ.et bal.ibideꝫ diſtinguit tria
membra.aut mulieris interceſſio vel fideiuſſio
ē ſcḋm leges.aut p̄ter leges.aut cōtra.Primo ca
ſu nō ē q̄renda certificatio.cum nō ſit opꝰ renū-
ciatione erḡ lege ꝑmittēte fideiuſſit.Et ſunt qn
qꝫ caſus.Primus ſi interdicendo aliquā pecu
niam recipit et ſic ſe obligat.l.antiq.in prin.ff.

ad velle.Scḋs ſi ſcḋo interceſſit.l.ſi mlr̄ perfe-
cte etatis.ff.eo.ti.Tercīꝰ ſi ꝓ dote fideiubeat.l
j.ſi.eo.ti.Quartꝰ ſi ꝓ libertate alicꝰ et in cauſa
pia.Quintꝰ ſi apḋ minoreꝫ intercedat.ff.de mi-
no.l.ſi apḋ.Scḋo caſu aūt ē certificata aut nō
ſi ꝑmū valet renūciatio ſuata ſolennitate.vicꝫ
cū inſtrumēto publico ꝛ teſtiū ſubſcꝑtiōe.ſi ſcḋꝫ
nō valet.Fallit tn̄ in duobꝫ caſibꝫ.Primo qn̄ fit
renūciatio in iudicio valet colore et fauore iudi
cij.ſcḋo ſi interuenit iuramētū.valet ſcḋm bar.in.l.
ſciendū.ff.de ṽ.ob.et ſcḋm.bal.in autē.ſacramen
ta puberꝫ.C.ſi aduerſus vē.Tercio caſu ꝯtin-
git cōtra legē fideiubere duobꝫ modis.Primo
ꝓ marito nō in ſui vtilitatē ſed mariti.ſcḋo ob-
miſſa ſolēnitate iſtrumēti et teſtiū.hec addit bal.
ſup additiōibꝫ Jo.an.i ſpe.e.ti.ḋ diſpu.ꝛ alī.
Senatuſcō.iunianū pꝰ vocationē ad libertateꝫ
ꝓducit ꝓpriū heredeꝫ ſeruū vel emptū ſiue dñs
ex iuſta cā abſit ſiue latitet.ſiue non vult manu
mittere.ſic ſeruilis ꝯditiōis ſcitis ꝓuatis pactis
ſuā velit mutare ſententiā ſiue ꝯdictiōeꝫ.pena ꝯ
colluſorē ꝓmiſſa ꝛ detegenti ꝑmia taliter donā
do.vt de iurepa.nāciſcat̄.
Senatuſcō.voluſianuꝫ ſtatuit.ꝙ q̄ improbe in
liteꝫ coeūt.aut q̄cq̄d ex ꝯdemnatiōe in rem ipſiꝰ
redditū ſiue relatū ſit.l.iul.de ꝓuata vi tenet̄.
Senatuſcon.fauianū in diſſuetudineꝫ abijt:in-
troducēs adoptionē fieri ꝑ tres mares adoptā-
tes et tres intercedētes emancipationes.
Senatuſcō.largicianū merito ē abrogatū.lati-
nā inducēs libertatē.q̄ q̄s morte ſua recipiebat̄
extra libertatē.
Snīa ſcḋm azo.in ſum.C.quō ꝛ qn̄ iu.ſen.ꝓfer.
de.Qn̄qꝫ pt̄ dici cuiuſcūqꝫ ōrōis ſigficatio.qn̄
qꝫ poit̄ ꝓ opinione mḡroꝝ.qn̄qꝫ dicit̄ q̄cq̄d ali
cui de re alq̄ placet.qn̄qꝫ ē deportatio qn̄qꝫ ex-
coicatō vl' interdictū h̄ impropē.qꝛ excoicatō vl'
interdictū potiꝰ punit ꝙ ſinē cauſe impoit:ideo
potiꝰ pt̄ pena dici ꝙ ſnīa vl' diffinitio.qn̄qꝫ ſnīa
dr̄ q̄dcūqꝫ iudicātis ꝑceptū.ñ natē ñ iuri ñ bo-
nis moribꝫ ꝯtriū.Et ſcḋm hāc ſigficationē diſtin-
guit̄.qꝛ ſnīaꝝ alia ē diffinitia.alia interlocutoria
alia ꝯuētiōal'.alia que dr̄ ꝑceptuꝫ.alia mulcta.
alia diſpēſatōis.Et pt̄ ſic deſcribi.Snīa diffini
tiua ē diffinitio iudicial' ꝯuerſie finē iponēs.ff.
eo.ti.l.j.Et addūt qdā ad diffinitiōem.indubi-
tata.ꝛ q̄ nll'o remedio attēptari poſſit.ꝑ.l.elegā
ter.§.ſi pꝰ rē iudicatā.ff.de ēnſact.Vl' ſic deſcri-
bit̄.ſnīa diffinitiua ē diffinitio iudicial' ꝯuerſie
finē iponēs ex ꝓnūciatōe iudicis dānatiōeꝫ vel
abſolutōeꝫ ꝯtinēs.ꝛ ꝑncipalē diffinit q̄ſtionē.vt
qn̄ auditis vtriuſqꝫ ꝑtis allegatōibꝫ.cā t̄miat̄
et finis ꝑncipali negotio iponit̄.quā ſel' latā iu-
dex reuocare non pt̄.et iudex eſſe deſinit et offi-
cio ſuo fungitur.licet retineat iuriſdictionem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ad exequenduꝫ de offi. dele. c. i litteris. et. c. querenti. Sed an corrigere poſſit ſi dicat abſoluo ꝓ ꝯdemno vide goff. i ſum. de ſen. ⁊ re iudic.

Sentencia interlocutoria ē ſentencia ſemiplena que ꝓfert̄ inter principium et fineꝫ cauſe. nō ſup principali. ſed emergentibus ⁊ incidentibus q̄ſtionib9. puta ſup libello offerēdo vel ꝯcipiēdo vel danda dilatione aut deneganda ⁊ ſimilib9 principali cauſa durāte. vt quādo iudex nō reſidens ꝓ tribunali interloquēdo inter partes ſine ſolennitate ſcripture aliqd ꝓnūciat de plano. vel ſup aliq̄ incidenti vel emergenti extra p̄muꝫ intentū p̄ncipale. et hanc poteſt reuocare iudex ſiue ſit ordinarius ſiue delegat9 ſiue arbiter. debet tamen cuꝫ cauſe ꝯgnitione ferri et iudice ꝯcedente nō ꝓcedente. iij. q. iij. §. ſpaciū ſm goff. Et ſentētiam interlocutoriaꝫ fert iudex contra reum ꝯtumacē. qn̄ citato reo et nō veniēte ꝓnūciat actorem fore mittendum in poſſeſſioneꝫ rei aut bonoꝝ ꝓ menſura debiti declarati vl' rei petite de emergenti q̄ſtione. vt qn̄ eſt queſtio inter ptes vel aduocatos vtrum aliquis ſit recipiendus i teſtimoniū ⁊c̄. vt ſ. Et illa ſentencia tranſit in rem iudicataꝫ quo ad duo. ſcꝫ vt remedio appellationis attemptari nō poſſit et vt excipiatur ex ea. c. cuꝫ dilectus. de elec. in fi. nō aūt vt ex ea agatur actione in factū. ſicut ex diffinitiua. A quolibꝫ eñi tali poteſt appellari ſm canones. n̄ aūt ſm leges generaliter. fallit in caſib9 vt. l. ij. ff. vt lite. pen. Vel dicit̄ ſi īt̄locutoria ſit talis q̄ abſorbeat totū ius alic9. ⁊ iſtar habeat diffinitiue. ito. vt p9 īt̄locutoriaꝫ n̄ ſit loc9 ad appellēdū a diffinitiua ſic ab ea appellat̄. ſec9 ſi poſt īt̄locutoriā ſaluū ſit bn̄ficiū appellatōis a diffinitiua. goff. tenet p̄mū i ſū. e. ti. de ſen. et re iudi. Itē īt̄locutoria ſm eūdē ē declaratio iudicialis ſup aliq̄ articulo. ſūmarie ius tribuēs īt̄ ptes. Et finalit̄ oīe v̄bū a iudice i iudicio ꝓlatū iudicialit̄ faciēs ad cauſā ē ſētētia īt̄locutoria. vt i aūt. de litigioſ. §. oīe coll'. viij. ⁊c̄. Et notādū. ꝙ aliud ē ſētēcia ⁊ aliud ē ſtatutum. Nā ſtatutū fert̄ ꝓ futuris delictis dicēdo ſtatuimus vt null9 h̄ faciat ⁊ faciēs ſit excōmunicat9 ipo facto. vt no. in. c. fi. de ꝯſti. li. vj. Sētētia vō ꝓlata ſic. excōmunico ⁊ ſi furtū feceris ꝓhibet̄ furtū qꝛ ēēt9 futuri tp̄is nō ſpectat ad iudicē. de h̄ glo. optia. de ſētē. excō. c. romana. li. vj. ꝑ had. c. a nob. de ſē. excō. Itē dr̄ ſentēcia a canone i h̄. qꝛ canō archiep̄i in ꝓuīciali ꝯcilio ligat ſubditos totius ꝓuīcie. xviij. di. c. vl. ſētētia aūt archiep̄i dicēdo quicūq3 furtū fecerit ſit excōmunicat9 n̄ ꝯphēdit ſbditos tot9 ꝓuīcie h̄ ſoli9 dyoceſ ſue. vt ē glo. i. c. romana ꝑ all. Item ſentencia excommunicationis ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta tenet. xj. q. iij. c. j. niſi in duobus caſibus. ſcilicet poſt appellationem legittimam. et intollerabilem errorem in forma. c. ꝑ tuas. de ſē. excō. c. ſolꝫ. ⁊. c. venerabilib9. eo. ti. li. vj. Et q̄n ſētēcia trib9 modis dicit̄ iiuſta. ſcꝫ ex cā. ex aīo. ⁊ ex ordine ē glo. iij. in. c. ſacro. de ſē. excō. ⁊ illud iterꝝ verꝝ ē in ſentencia excōmunicationis i qua ē ſpāle quod teneat n̄ ſeruato iuris ordine al's aūt ſentecia lata iuris ordine nō ſeruato nō tenet. ff. de ſen. ⁊ interlo. om. iudi. l. prolatam. Item de diffinitiua ⁊ īterlocutoria ē glo. in cle. vnica ſup verbo interlocutoria diffinitiua de ſequeſtra poſ. Et nota ꝙ ſentēcia lata ſup poſſeſſoria. dicit̄ diffinitiua ſm glo. i. c. fi. de iudi. ⁊ itelligitur qn̄ cauſa poſſeſſiōis ē deducta p̄ncipaliter i iudicium. vel hꝫ ānexū petitoriuꝫ. ſecus ſi de ꝑ accidens veniret i iudicium. etiam diffinitiua prout iponit finē cauſe nunq̄ datur ſup poſſeſſione niſi ſit proprietas annexa vt ibi notatur.

Sentēcia ꝯuētionalis ē amicabilis ꝯpoſitio. vt qn̄ iudex cōuenit aliquē et ꝯmonet eū ne faciat ꝯtra ꝯuētioneꝫ. Al's ſentētias. ſcꝫ p̄ceptū. mulctā. diſpēſationeꝫ. re in locis ſuis.

Sentēcia ꝑ errorē lata a qua n̄ eſt appellatū reuocatur ſi error probabilis poſtea detegatur. vt i c. fraternitatis de fri. ⁊ maleſi.

Sepcuns ſeptem habet vncias. ⁊ nō dicitur ad reſpectū totius ptis aſſis. Re. ſ. as.

Sepulchrū ē locus i quo mortuus ꝯtinet̄ vel ſepultus ē. h̄ monumētum dicitur idem locus ſine corpe. Re. ſ. M.

Sepultura ſm goff. quandoq3 dicitur officium quod impēditur ſepeliendis. q̄nq3 ipſa terra ad vſum ſepulture deputata. q̄nq3 tūba marmorea vel lapidea vel locus concauus in eccleſiaſtico cimiterio factus in quo corpus catholici quieſcit. Item ſepultura eſt ius funerandi in eccleſie cimiterio. Et nota ꝙ in tredecim caſibus prohibetur eccleſiaſtica ſepultura. Primo in mortali peccato publice decedenti. xiij. q. ij. non eſtimemus. Secundo latroni et furi. c. fures. de fur. Tercio in adulterio occiſo. xxiij. q. v. placuit. Quarto in torneamento occiſo. de tornea. c. j. Quinto raptori occiſo. ca. ſuper eo. de rapto. Sexto heretico. xxiiij. q. ij. ſane profertur. et. c. ſacris de ſepul. Septimo ſeipm̄ interficienti. c. placuit prealleg. Octauo excōmunicato etiam minori. de ſē. excō. a nobis. et. c. ſacris ꝑ all. Nono interdicto. de pe. et re. quod in te. Decimo publico vſurario. de vſu. quia in omnibus. Undecimo ꝯtēnēti ꝯfiteri et ꝯmunicare. c. oīs. de pe. ⁊ remi. Duodecimo i taberna occiſo. xxiij. q. v. placuit. Tredecio ꝓprietario monacho vl' regulari. c. mona. de ſta. mo. et. c. cū ad mōaſteriū cū ſimilib9. e. ti. h̄ ſi clerici vl' boni layci ab hoſtibus occidūt̄ vl' ſumergūt̄. vel ꝑ parietes opp̄mūt̄. dn̄t h̄re eccleſiaſticas ſepulturas. c. ſic dignū de homici. c.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ex pte parentuȝ de ſepul.xxiiij.q.v.qd ergo. Eſt aūt ius funerādi poteſtas ſepeliēdi in cimiterio ꝓueniēs eccleſijs ex cōceſſione pontificis. Et ſepultura eligenda ē apd loca magis rligioſa.c.fraternitatē.de ſepul. Nā ſepulture electio in loco nō religioſo fieri ñ debet. Sed q̄ritur. Quis legaūt pdicatoribus.xxx.ꝓ ſepultura.efficitur vſurarius.et ſic carebit ſepultura. an adiuuatͬ p legatū. Rñdet flo.ꝙ nō.ſilr ſi legatur ꝓ celebratōe miſſe.et īteruēit interdictū eccleſie.tenet legatū in primo caſu.ratio qꝛ frēs nō ſunt ī culpa vel cauſa.ſilr in ſecūdo caſu vt notauit dñs catho de ſaxo. C.de inſti.vel ſubſti.l.j.

Sepe notat regulā in ɔtrariū vt i.§. ē fraudeȝ inſti.qui et ex q.cau.manumit.nō licet.

Septa ſunt clauſure et dicitͬ a ſepio vt eſt glo.ī cle.ne in agro.de ſta.mona.

Sequela dꝛ omē id qd naturaliter ſequitͬ ad aliud. vt iumentum vitulus vacca. Et ſic aliq̄ ꝓhibentͬ nō qꝛ ex ſe mala ſꝫ qꝛ ex his mala ſequūtur xxij.di.deniqꝫ.et.xxij.q.j.in nouo.

Sequeſter eſt is apud quē res litigioſa deponitur a pluribꝰ.et ſequeſtratͬ vt ei q in cauſa vicerit reddatur.dictꝰ ab eo ꝙ occurrēti aut quaſi ſequēti eos q ɔtendūt cōmittitͬ res.ff.de v.ſig.l.ſequeſter.vide d iudi.examiata. Eſt ei ſm goff.depoſitarius rei in iudiciū deducte.vt.ff.de po.l.ꝓpꝛie.

Sequeſtrū ē illud ſcriptū qd d ſeq̄ſtratē ɔficitͬ et ſi ſit ex cauſa volūtaria trāſfert poſſeſſionem in ſequeſtrū.ſecus ſi cauſa neceſſaria.l.intereſſe puto.ff.de acq.poſſeſ.vt notatͬ in.c.examiata de iudi.in glo.cle.j.de ſequeſtra poſſeſ.

Sequeſtratio eſt rei de q̄ agitͬ vel ɔtrouerſia ē.ſepatio.vel diſpoſitōis vl poſſeſſionis interitio. Interim eñ ꝙ res apud ſeq̄ſtrū ē.nec actoꝛ nec reus poſſidet.vt.ff.de ſta.homi.l.libertus. ñ pt autē illa diſpoſitio q̄ ſeq̄ſtratio dicitͬ fieri niſi a pluribꝰ.q̄uis als eſt vnus. et plures deponere poſſint. vt.l.licet.ff.depoſiti.nā plures rem litigioſam deponūt qñ de volūtate ptium fit.etiam vnus deponere pt de mādato iudicis.vt in glo.c.examinata de iudi.et ibi p doc. Et nota ꝙ ſm goff.ſeq̄ſtratio fit aliqñ cauſa obmittēde poſſeſſionis.et tunc neuter litigātiū poſſidet ſꝫ ſeq̄ſter aliqñ cauſa cuſtodie.et tūc poſſeſſio remanet penes poſſidentē. Et generaliter ꝓhibita ē ſequeſtratio. C.de ꝓhibi.ſeq̄ſtra.l.vnica. pmiſſa do caſualiter. Pꝛio volūtate ptiū.vt lite finita res victori detur. Secūdo ex neceſſitate.ne pſona ſuſpecta cū re mobili aufugiat. Tercō ne perſona ſuſpecta circa rem immobilē fructus depopuletur vel diſſipet. Quarto ꝓpter cōtumaciā nō cauētis de collatione bonoꝝ faciēda. Quīto ſi ſeruus de poſſeſſione ſuitutis ꝓclamat in libertatem. Sexto cum appellatur ab executoꝛe. Septimo.cū timetur de ſeuicia viri nec pt ſufficienter vxoꝛi caueri.ſeq̄ſtratur vxoꝛ. Octauo ne pdatur vendēdi cōmoditas. Nono cū aliqs de comitibꝰ pſidis furtum patitur.nam res ſequeſtratͬ vſqꝫ in tpus ſucceſſoris pſidis.merito eñ ſequeſtratio fieri nō debet.niſi tūc demū cum timetur ne poſſeſſoꝛ vel appellās fructꝰ depopuletͬ ſm goff.in ſum.alios caſus in cle.vnica.c.ti.et.l.j.ff.de colla.bono.⁊ ſm archi.in.c.qꝛ res.xj.q.j.vbi late de hac materia.et p io.mona.et io.an.in rgula locupletari.d re.iur.li.vj.vide et glo.fi.i.c.dilectus de ſequeſtra poſ.cū ibi no. Sed ponamus ꝙ eccleſia ē apud aliquē ſeq̄ſtrata vtrū ille ſeq̄ſter lite pendēte ſup iurepronatus poſſit preſentare ad illā. Inno.tenet ꝙ ſic.qꝛ talis habet fructus.c.cōſultatōibꝰ de iurepronatus. Jo.de ymola ɔſentit ibidem.ratōne tali motus.ponēdo diuerſitatem inter creditoꝛem cui impignoratum eſt iuſpatronatus et ſequeſtrum. naȝ creditoꝛ non poteſt preſentare aliquem.quia ſuper eſt verus dominus qui preſentare habet. ſed ſequeſter pendente lite poteſt.ne eccleſia diu vacet.quia neutra partium preſentare poteſt antē litem ſopitam.facit bona glo.in verbo beneficium in cle.vnica de ſequeſtra poſ.que dicit ſeq̄ſtrum poſſidere iura beneficij et beneficiati. et remittit ibi ad notata in.c.examinata de iudi.per io.an. Poſti.tenet contrarium.ꝙ ſequeſter apud quem iuſpatronatus ſequeſtratum eſt lite pendente non poſſit preſentare.nam non habet poſſeſſionem iuriſpatronatus. Et arguit a foꝛtioꝛi.cum creditoꝛ cui impignoꝛatum eſt iuſpatronatus non poſſit.qui tamen habet poſſeſſionem eiuſdem pignoꝛis.igitur ⁊c. Et hoc tenēdo dicitur ad motiuum. Joh.de ymola.ꝙ non diu vacabit eccleſia.nam poſt quatuoꝛ menſes i laycis.⁊.vj.clericis epiſcopus prouidebit.c.cū propter.et.c.cum autem de iurepatronato.⁊ videtur melioꝛ hec opinio. quia ſequeſter ſolum cuſtodire debet fructus vt iſti reſtituat eos qui ſententiam pro ſe repoꝛtabit.que eſt natura ſequeſtri.ſed ſi preſentet aliquem qūo fructum illū reſtituet.ſecꝰ vbi nulla deberet fieri reſtitutō c.ex lrīs d iurepronatꝰ.⁊.c.cū veniſſent d i integ.reſti. Hic articulus ſatis diſputabilis ē.et notatur in.c.examiata .de iudi.vide cle.palle.de ſeq̄ſtra poſ.pcipue glo.i vbo reſtituat.vbi dicitͬ ꝙ ſeq̄ſter limitatā hꝫ ptatē de reſtituēdis fructibꝰ q ſuppoꝛtatis oneribꝰ adhuc ſupſunt.ꝙ ñ poſſit illos in emptōȝ pdioꝝ.ꝓ bñficio vel als ī vtilitatē bñficij cōuertē.ergo minꝰ videtͬ poſſe pñtare.

Senſus ſapientis nō arbitratͬ ɔtra iura.vñ qñ alter ɔtrahētiū paciſcitͬ aliqd facere ad ſenſum ſapientis.alter contrahentium tenetur ea face-

re que de iure fieri debent ſup illo ꝯtractu. qꝛ ſa
piens arbitrari cōtra iura nō poteſt. al's ſapiēs
nō eſſet.
Seruitus ē cōſtitutio iuris gentiū qua qs ꝯtra
ius naturale alieno ſubijcit̄ dn̄io. ⁊ qn̄ ſeruitus
inducta ſit. vide glo. ſup verbo ſeruū de iude. et
ſara. c. ita quorūdā. optimā glo. ſup verbo ſerui
tutes. di. j. ius gentiū. vbi dr̄ inducta ꝑ ebrieta-
tem vel ꝓſcripta ſeptēnio. ſimile habet̄. c. ſexto
die. xxxv. di. vbi dicit̄ nemo ſciebat a cōſorte na-
ture ſue obſeqa ſeruitutis exigere. qꝛ manebat
anteq̄ vinū inueniretur oib' incuſſa libertas. ⁊
nō eſſet hodie ſeruitus ſi ebrietas non fuiſſꝫ ⁊c.
ſunt autem duplices ſeruitutes ſcꝫ prediales et
ꝑſonales.
Seruitus ꝑdialis eſt quedā cōſtitutio qua ꝑdi-
um ꝑdio ſubiugatur ⁊ ſeruitutes ꝑdiales lex re
ales appellat. q̄ ſequūtur ꝑdia et eaꝝ cōſtitutio
eatenus tenet q̄tenus expedit ꝑdijs. i. ad fructꝰ
eoꝝ ꝑcipiendos.
Seruitutū aūt ꝑdialiū. alie ſunt vrbane. alie ſūt
ruſtice. ſꝫ has quidē ſeruitutes lex dicit eē iura
ꝯmunia q̄ libertatis ſūt. Unde nota ꝙ ſcḋm azo.
in ſumma. C. de ſeruitu. et aqueduc. hoc verbū
ius in eadem. l. et in eadē voce ſuppoīt ꝓ ſeruitu
te. Dictō em̄ ſemel poſita. duas qn̄ꝫ importat ſi
gnificatōes. ſcꝫ ꝓpriam et impropriā vel vtrāq̄.
Proprie aūt ſcḋm diuerſa dicūtur ſuitutes. Nā
ſi nō poſſem ex edib' meis exire in agros meos
vel ꝑuenire ad viā publicā niſi ꝑ agros tuos vl'
ortos. emi a te licētiam eūdi. hec licētia dicitur
ſeruitꝰ itineris. qꝛ ꝑdiū tuū in h̄ mihi ſeruit.
Seruitutes ruſtice ſūt. q̄ ꝑdijs ruſticis debent̄.
veluti iter. actus. via aqueductꝰ. aq̄hauſtus. pe
coris appulſus ad aquā. ius paſcendi. calcis co-
quendi. arene fodiēde. que tria vltima pn̄t dici
noīate ſeruitutes ruſtice. ſed ſuꝑiora ꝓprijs noī
bus carēt. q̄ oīa rquire locis ſuis. Nā iter ē ius
q̄ ex ede mea ꝑ agros tuos poſſum ī vicos pub-
licos exire vel intrare. Sꝫ aq̄hauſtus ē vt aquā
haurire poſſim de puteo tuo.
Seruitutes vrbane ſūt q̄ ꝑdijs vrbanis debent̄.
ſcꝫ intuitu alicuꝰ edificij. Nā edificijs inherēt
velut altius tollēdi aut nō tollēdi. ne deficiat lu
mib' vel ꝓſpectu domus vicini. Itē ſtillicidium
aduertēdi vel nō aduertēdi in tectū vel in areā
vicini. vt ſtillicidiū tecti mei cadat in aream vel
fundū eius. Item vt liceat imittere vel ꝓijcere
tignū ī ꝑietem vicini. Et nota ꝙ an ſeruitus ſit
vrbana vel ruſtica. colligit̄ ex qualitate ꝑdij cui
debetur ipa ſeruitus et nō ex q̄litate ſeruitutis
qḋ pꝫ. nā talis ē ſeruitꝰ q̄le eſt ꝑdiū cui debet̄. ſi
em̄ ſtillicidia domus mee q̄ ē vrbanū prediū. cō-
uerto in areā tuā q̄ ē ruſticū ꝑdiū. dicetur vrba-
na ſeruitus. et ecōtra ſi tignū edificij mei cauſa
imponendoꝝ fructuū facti qḋ ē ꝑdium ruſticū
immitto in parietē domus tue. dicet̄ ruſtica ſer-
uitus. etiā ſi domus tua ſit vrbanum predium.
Item nota iuxta primam acceptōem ſeruitutis
ꝙ mltis modis. qs redigit̄ in ſeruitutē. de qb'
inſti. de iure ꝑſona. in tex. et in glo. vn̄ vt liber ſ-
uus fiat ſūt iſta neceſſaria. Annis. xx. iuuenem
qui venditur eſſe rurſus eum ſeruum cui vendi
tur eſſe putare. Et iuuenē precium ꝙ velit ꝑtici-
pare. Et ꝙ ſit liber ſciat hoc qui venditur iſte.
Que ſi defuerint ſeruus nō cogitur eſſe. Patet
ergo ad hoc q̄tuor requiſita. Primo ꝙ ſit anno-
rū. xx. Secūdo ꝙ vendatur ignoranti cōditione
libertatis. Tercio ꝙ eo aīmo vt ꝑcij ꝑtem habe
at. Quarto ꝙ ſciat ſe liberū de hoc. vide glo. in
§. penul. inſti. ti. ꝑalle.
Seruus eſt qui de iure gentiū vl' ciuili dominio
alieno ſubijcitur in hac parte. et ius gentium et
ius ciuile. detraxerūt iuri naturali. Et dicūtur
ſerui nō a ſeruiendo ſꝫ a ſeruando. Impator ei
vel princeps captos ab hoſtib' qui ſerui ſunt ca
pientium. vēdere iubet et per hoc ſaluare et nō
occidere. hoſtibus enim captis et ſic in ſeruitu-
tem redactis: hoc ſeruandum eſt quod vtile et
benignius viſum eſt. ſcilicet eos omnes ſeruari
⁊ non occidi. hoc enim benignitatis ē ſed occidi
crudelitatis. Ideo etiam dicta ſunt mancipia.
quia ab hoſtibus manucapiuntur vt inſti. de iu
re perſo. et. ff. de ſta. homi. l. libertus. Sunt eti
am ſerui verne qui ſunt ex ancillis manenti-
bus in domo. l. ticie textores. ff. de le. j. alij ſunt
ſerui lecticarij qui faciūt lecticas. eo. ti.
Seruus ordinarius dicitur q alijs ſeruis ē ꝓpo
ſitus ſcꝫ qui habet alios ſeruos ſub ſe quib' pre
eſt. et precipit eis quid vult.
Seruus vicarius ē q ſeruo ordiario ſubmiſtrat.
Seruus mediaſtinus vel medianus ē. q mediū
gerit actum ſcꝫ q nec ē ordiariꝰ nec vicariꝰ ſꝫ me
dius inter hos ⁊ illos cōnumerādos.
Seruus librariꝰ a libra dictus ē. ſcꝫ q ponde-
rib' ꝑeſt et libre numeroꝝ et ꝑmutatoꝝ cuſto-
diam habet in domo dn̄i ſui.
Serui inſulani al's iſularij ſūt. q retinētur in in-
ſula. i. ī domo. nec mittūt̄ in agros nec ī villam.
domꝰ aūt iſula dr̄. eo ꝙ inſunt ei habitatores. licꝫ
inſula qn̄ꝫ dicatur in ſalo. i. in mari ſita.
Serui villici ſunt q ad villam mittunt̄.
Serui victoēs ſūt q̄s qs victos hꝫ ꝑparādi cā.
Serui cubicularij dicūtur. q lectū et cubiculum
dn̄i ſui ꝓcurāt. q vulgo camerarij vocāt̄ a camēa
Serui deditici dicūt̄. q ī morte liberi ⁊ in vita
ſua ſui ſūt. q̄ꝛ libertas ſublata ē. vt inſti. de li-
berti. §. libertinoꝝ.
Serui latini ſunt. q a dn̄is erant manumiſſi vt
in vita eſſent liberi ⁊ ī morte ſerui. ⁊ eoꝝ bona

tanq̄ ſeruoꝝ ad dn̄os deuoluebanť vt in.§.ṗal-
le.inſti.de liberti.

Serui attriarij vel attrienſes ſunt illi q atrij cu
ſtodiā faciūt.

Seruus corruptus dicitᷓ ſeruus q p alicui⁹ idu
ctōem fact⁹ ē de bono malus vel de malo deteri-
or ſcʒ in aīa et corpore.

Serui corrupti actio.Re.s̄.actio.

Seruiana ⁊ q̄ſi ſeruiana actō.Re.s̄.actio.

Seruus public⁹ dicitᷓ tabellio.nō qꝛ ſeruus.ſʒ
qꝛ publicū exercet officiū.ff.de adop.l.non ali-
ter.

Seruus heres.Re.s̄.de h.

Serui arcarij.Re.s̄.arcarij.

Seruus ordinat⁹ poſtea reſtitutus dn̄o.gaudet
canone ſi qs ſuadēte.xvij.q.iiij.nec matrimoni-
um cōtrahere poteſt p⁹ votū.de cōuer.cōiuga.
q̄ qdam.et hoc no.glo.liiij.di.c.ij.nec iudicabitᷓ
a dn̄o ſʒ ab epo.xcvj.di.ſi impator.

Sericopulate dicūtᷓ veſtimēta q̄ inſerūtur et te-
xūtur ſerico.vt in.l.ſi quis.C.de muneribꝫ.l.
xj.ſm accurſ.

Seu eſt dictio disiūctiua.C.de ſacroſan.eccle.l.
generali.et aliqn̄ ampliat.ff.de auro ⁊ argē.leg.
l.ſi qs ita.et ſm bar.in dicta.l.generali.et nota
tur.lxiij.di.ego ludouic⁹.et.lxxv.di.c.vlti.i fi.
et p archi.de ſo.cōpe.in.c.j.li.vj.

Siccarij dicuntur homicide et interfectores
dicti a ſicca ferro vel cultro.inſti.de pub.iudi.§.
ſiccarij.etiam dici poſſunt ſiccarij q alicuius vi-
te armis inſidiantᷓ.de pe.di.j.ſi quis cū telo.et
de homi.c.ſicut dignū in glo.

Sicca eſt ferrū vel cultellus breuis ex vtraq̧ p-
te ſcindens et acutus.quo maxime vtuntur qui
apud ytalicos latrocinia exercent.ſʒ ei⁹ interp̄-
tatio ē larga vt cōtineat telū.lapidem lignuꝫ et
qdlibet ferrum.vt inſti.de pub.iudi.§.itē lex.et
.§.ſiccarij ṗalle.

Signū qd ſit et qūo ſignū differt a ſacrificio.de
ↄſe.di.ij.ſacrificiū qūo.⁊.c.ſignū.⁊ mltiplex ſit
ſignū.vide de ↄſe.c.ij.in glo.Et ſignū pditōnis
religioſi eſt.qn̄ ꝓpter ꝓprietatē ſepelitur i ſterq̄-
linio.vt de ſta.mo.c.cū ad monaſteriū.

Sillabe error nō nocet.vt notatᷓ de fi.inſtru.ex
parte.p glo.

Signare eſt aliquā formā vel ſignum alicui im
primere vel notā imponere.vnde teſtamētum ſi
gnare.i.notare debet quis.vt notum ſit illud qd
in teſtamēto ſcriptū ē.ſm yſi.li.v.ethi.ſʒ ſubſi-
gnare ē ſubſcribere vt ſi teſtes vocati et rogati a
teſtatore ſubſcribantur.

Sigillatim.i.ſingulariter ita expoīt Hoſt.i.c.
venerabili.de teſti.et archi.in.c.pn̄tium.§.te-
ſtes.e.ti.li.vj.faciat ad hoc de p̄ben.c.ad hoc
licet.et.lxxxix.di.c.ſingula i prin.Item i ſimbo
lo athanaſij quicūq̧ vult ſaluus eſſe.

Significatio ſm azo.de v.ſig.ꝓpāe ē demōſtra
tio facta ꝓprio noīe rei de qua queritur attribu-
to.ſʒ large ponitur ſi ꝓpriū nomē nō interueniat
ſed tn̄ res p aliud verbū qd aliquo mō accedere
poſſet ad oſtenſionem rei notificetur.

Silentiarij ſunt idem qd conſiliarij vel ſecreta-
rij principis.qui ſilere debent et occultare prin-
cipis conſilia.vt.ff.de mino.l.vez.glo.iij.l.illud
C.de coll.

Siluacedua ē que ad hoc vt cedatur deputata ē
et dicitur apta cedi quia facile ſuccreſcit.

Silua paſcua dicitur que paſcuis pecudum eſt
aſſignata.

Silua palaris ex qua poli et pedimente ſumun
tur.

Similitudo eſt reruꝫ differentiū compatio ſm
boe.Et que ſimilitudo ad ſpeciem vel genus re-
feratur.eſt glo.notabilis in verbo curam aiarū
in.c.nō pt̄ de p̄ben.li.vj.

Simile dici non poteſt vbi diſſimilitudo ſubeſt
xxxviij.q.j.ſicut eni.et.l.iij.ff.de iniuſto rup.te-
ſta.et qualiter interpretetur hoc verbum ſimile
vide.c.olim.de ver.ſig.

Simonia ſm goff.eſt ſtudioſa cupiditas vel
voluntas emendi vel vendendi ſpirituale vl' ſpi
ſpirituali annexū quod ſpirituale cenſetur.ius
enim percipiēdi prouentus prebendales ſcilicꝫ
prebende vel ratione prelature ſpirituale non ē
ſed annexum ſpirituali ſcilicet canonie.propter
res temporales que illo iure proueniunt.ſcilicet
vt fructus.j.q.iij.ſi quis obiecerit.ſic et iuſpa-
tronat⁹ dicitur annexū ſpirituali propter quā-
dam confederationem.quia cadit in laycum a
quo poſſidetur.vt.ca.de iure.eodem titulo.Et
dicitur a ſimone mago qui fuit primus auctor
huius ſceleris in nouo teſtamento.Ipſe enim
voluit emere gratiam ſpiritusſancti a beato pe-
tro.ſicut ⁊ giezi in vete.teſtamento voluit grati
am ſanitatis naaman ſyro vendere.vt.iiij.Re.
v.Unde ſimoniacus dicitur proprie emptor ſpi
ritualium.ſed gieziticus venditor eorundem.j.
q.j.qui ſtudet.Et eſt ſimonia peccatum enorme
reſpectu eius q p ſimoniam beneficium acquiſi
uit.qui penitentiam agere non poteſt beneficio
retento.vel dicitur enorme.i.indiſpenſabile qꝛ
diſpenſari non poteſt cum ſimoniaco niſi bene-
ficio reſignato.ſicut in ſimoniaco in ordine cō-
tingit.vt.xiij.di.nerui.et ſimoniacus etiam oc-
cultus in ordine ſuſcepto qui vitioſum habet ca
racterem.vt.j.q.iij.in quibuſdam.ſuſpenſus eſt
quo ad ſe et quo ad alios.j.q.j.reperitur.etiaꝫ
ſimonia ſola intentione abſq̧ pacto vl' facta cō-

Simbolū ... -mitti pt̄.vt i.c.q ſtudet pal.
ē q̄druplex.q̄ddā apl'oꝝ qd ſm q̄ſdā theologos

cõtinet.xij.articulos fidei ꝓpter duodecim apo-
ſtolos xp̄i qui vna et eadem hora inſtictu ſpūſſā
cti ipm̄ cõpoſuerūt.vñ dicit̄ ſimbolū a ſin quod
eſt ſimul.et bolos morſellus.q2 quiſq3 apl'orum
ſuū bolū.i.ptem appoſuit. ſm̄ alios theologos
verius eſt ꝙ principales articuli fidei nr̄e ſūt tm̄
vij.ſm̄ ꝙ tm̄.vij.ſunt dona ſpūſſcti. q̄s quilibet
xp̄ian⁹ ſcire tenetur.clerici explicite layci impli
cite.vt patet de ſum.trini.ca.firmiter.in tex.et
glo. Aliud ē ſimbolum maius qđ canit̄ in miſſa
factū in ſinodo niceno ꝓpter grecos.q nõ crede-
bant ꝙ ſpūſſcſus ꝓcederet ab vtroq3 ſed a p̄re
tm̄.vt de ꝯſe.di.v.c.vlti.et pe. Terciū ſimbolu3
eſt atanaſij ſc3 quicūq3 vult ſalu⁹ eē qđ canit̄ in
prima. Quartū ſimbolū ē iuris ſc3 prim⁹ titul⁹
de ſum.tri.7 fi.ca.vt yſi.vij.li.ethi.c.vij. in q̄ id
qđ de fide catholica et ſūma trinitate in p̄dictis
ſimbolis cõtinetur cõfirmat̄ et repetit̄.

Simplex p̄ceptū ē cū preter litis ꝯteſt.iudex cõ-
feſſione ptiū accedēte aliqđ p̄cipit.v.g̃.ſi quis a
reo in iudicio abſq3 libello cum iſtrumēto dabiti
petat decē.et reus cõfiteat̄ de plano.tūc iudex ſi
ne alia cauſe cognitōe vel ꝯmiſſione ſibi p̄cipiet
vt certo termio ſoluat.et hoc dicit̄ p̄ceptū et nõ
ſententia.q2 ſententia nõ dicit̄ niſi qñ ordo iudi
ciarius eſt ſeruatus.

Siliqua ē ſpecies monete et quarta ps aſſis. ſu
mitur etiā ꝓ ſupfluitatib9 relictis vino expſſo
de vuis vñ. Diſcens ſe ſiliquis cib9 vult fieri
ſcroffis.

Sindicus ē ꝓcurator vniuerſitatis vel collegij
ꝓ certo ſalario ad iudicia cõſtitutus.ſc3 q cau-
ſam vniuerſitatis agit vel defendit.et dicit̄ qua
ſi ſingulo2 cauſas dicens. Eſt em̄ ſindicus gre
ce defenſor latine.nam officiū eius ē agere vl' de
fendere noie vniuerſitatis cauſas p̄ntes vl' emer
gentes.vt.ff.ꝙ quiſq3 iuris in rub.et in glo.j.7
in.c.vnico.eo.ti.et qñ dicitur cauſa vniuerſita-
tis agi ꝑ ꝓcuratorem.debet exponi.id ē ſind cū
vel actorem.vt de ꝓcu.c.quia in cauſis.et de iu
re.calum.c.cum cauſam.

Sinodus ex greco interp̄tatur comitatus vl' ce
tus.et inter cetera cõcilia q̄tuor venerabiles fu
erūt ſinodi.q̄ totā fidē cõplectūt̄ q̄ſi q̄tuor euan
gelia 7 q̄tuor ſimbola et totidem padiſi flumia.
Prima nicena tricētoꝝ.xviij.epoꝝ a cõſtātino
impatore pacta.q̄ dānata ē blaſphemia arriane
pfidie de ineq̄litate ſcē trinitatis.nā ſm̄ glo.di-
cebat p̄rem maiorē filio 7 filiū maiorē ſpūſācto.
Secūda centū quiquagita patrū ſub theodoſio
ſeniore cõſtātinopolim.ꝯdēnās macedoniū ne-
gātē ſpūſcm̄ eē deū 7 cõſbalem p̄ri.ꝟ ſm̄ glo.ſez
nū p̄ris 7 filij.j.q.j.eos q. Tercia epheſina cen
tū epoꝝ ſub theodoſio iuniore.q̄ dānauit neſto-
riū aſſerentē duas ꝑſonas in xp̄o.et b̄tam ꝟgiē3

nõ dei ſ3 homis tm̄ genitricē.7 hec oñdit ī duab9
naturis vnā xp̄i ꝑſonā. Et dicit̄ p̄ria ad dr̄iam
ſinodi epheſine ſcōe.q̄ fuit r̄probata.di.xvj.qm̄
ſcte. Quarta calcedonēſis q̄ngentoꝝ centū 7 tri
ginta ſacerdotū.ſub marceano p̄cipe dānans
euthicē cõſtātinopolitanū abbatē.vbi dei et car
nis vnā naturā ꝓnunciātē.ſc3 diuia3 poſt r̄ſur
rectō3.di.xvj.c.ſexta.et dyoſcoron ei⁹ defenſorē
quōdam alexādrinū epm̄.et neſtoriū epm̄ cū re-
liquis hereticis.de his ē tex.ad l'ram.di.xv.c.
canones.7.§.hac prior.7 ſm̄ greg.in.c.ſeq̄nti.
et de eiſdē gelaſius papa in.c.ſequen. De his eſt
vide tex.§.ſuſcipimus in ep'la inter claras.C.de
ſum.trini.et fi.catho.

Si de ꝓprio ſignificato importat cõdictionē.nõ
tñ ſemꝑ eā ſignificat. Vñ qñ3 facit diſpoſitōem
cõdictõnalē.qñq3 executōem tm̄.qñq3 ſignificat
cauſam incertam.quandoq3 certam.quādoq3
euentū incertum nõ cõdictionalē.q2 nõ ſuſpen-
dentem.quādoq3 acceleratōem.et qñ3 nihil ſig-
ficat. Exemplū primi ibi.ꝓmitto vel lego ſi na
uis ex aſia venerit.vt in.l.itaq3.ff.ſi cer.pe. Se
cūdi ibi.iudex dicit do tutorē ſi ſatis dederit.q2
ſenſus eſt.ꝙ pure datur et imediate ſit tutor.ſ3
admiſtrare nõ debet niſi prius ſatis dederit.vt
l.muto.§.hanc aūt.ff.de tute.vbi dicitur.hanc
aūt condictionem ſi ſatis dederit cõdictōem nõ
facere ratio eſt voluntas ꝓferentis. Nam tutor
a iudice non poteſt dare ſub condictione.c.act⁹
legittimi.de re.iur.li.vj.etiam quia inuit⁹ da-
tur tutor.ergo non ſtabit in voluntate ſua ꝑ cõ-
dictionem.nec iudices in decernēdo ſolent face-
re iudicia ſua cõdictionalia. Exemplum tercij.
lego ticio ſi negocia mea geſſerit. Et eſt aliđ ex-
primere cauſam per quia et aliud per ſi. Nam
per quia exprimendo falſa cauſa nõ viciat.ſ3 per
ſi viciat.l.demonſtratio.ff.de cõdi.et demõſtra.
niſi aliud appareret ex voluntate diſponentis.
Etiam quandoq3 ſi capitur ꝓ quia.vt ibi.ſi de-
us eſt.quia hec ſubiecta materia et fides catho-
lica habet.ꝙ deus creator eſt omnium certitudi
naliter. Quarti quando ille euentus eſt de p̄ſen
ti vel de preterito.vt ibi.promitto vel lego ſi
rex eſt pariſius vel fuit tali die.vbi euentus eſt
diſponētib9 vl' diſponēti incert⁹.nõ tñ cõditõ-
nalis.quia nõ ſuſpēdit.nam actus purus ſtati
valet vel non valet.vt.§.fi.inſti.de v.obli.et ſic
acceleratione ſignificat. Etiā qñ3 nihil ſigficat
vt ibi.ꝓmitto.ſi talis morietur.ar.l.pupill⁹.§.
qui ſub condictione.ff.de noua.et delega.quia
non poteſt ſignificare condictionem que eſt de
euentu futuro incerto.ſed quia nihil certi⁹ mor
te ergo materia ſubiecta nõ patitur.dicit tamē
bar.ꝙ in vltimis voluntatibus opatur cõdicti-
onem dicendo lego ſi heres morietur vel ſi ſem-

pronıꝰ morietur. nõ ex eo ꝙ mors ſit incerta: ſed
an legatariꝰ moriet̃ anteq̃ heres vel ſemproniꝰ
allegat. l. quib⁹ dieb⁹. §. cuidã ticio. ff. de cõdi. et
demonſtra. vbi dicit̃. ꝙ legatũ tale ſi mater tua
moriet̃ ē conditionale. petrus dicit cõtra qḋ eſt
purũ. Et ſi in texto allegato debet ſumi ꝓ cũ. qḋ
ſignificat pricipaliter tp̄us ⁊ ꝑ cõſequẽs cõditi-
onem. Itẽ nihil ſignificat vt ibi ꝓmitto ſi volu-
eris lego ſi heres voluerit. l. ſub hoc. ff. de acti.
et obli. qꝛ actus i volũtate obligãdi ē et ſic nulla
diſpoſitio vel reſtrictio fit niſi diſponẽs videat̃
decidere. l. ſi ita expreſſum. ff. de condi. et demon
ſtra.

Si nõ dederis h̓ cõplerũ ſic applicatũ duob⁹ ab
codẽ ſtipulãtib⁹. vl̓ ꝑ pactũ ſibi acq̄rẽtib⁹. dicẽdo
tu ꝓmittis mihi petro ſi nõ dederis heinrico. et
heinricus ſimilit̃ dicat. tu ꝓmittis mihi heinri
co ſi nõ dederis petro cappã tuã. ſenſus huiꝰ di-
ctionis ē. ꝙ altero litẽ cõteſtãte deficit cõditio ꝑ
alteꝝ apposita. et exiſtit ꝯditõ ꝑ ipꝫ apposita ſup
re ſibi data vt in. l. ſi ticiꝰ. ff. de v. obli. rõ ē volũ
tas ꝓferẽtis ſũpta ex h̓. ꝙ ille nõ vult rem habẽ
in caſu in q̃ iſte habebit. Itẽ ibi ꝓmittis mihi
ſtichũ et ſi eũ nõ dederis ꝓmittis mihi. x. noĩe
pene vl̓ loco eius ſignificat. ꝙ ſi nõ detur ſtichꝰ
cũ poteſt dari. ſic ꝙ eſt i mora dandi exiſtat cõdi
tio et ſtipulatio ſiue cõuentio penalis q̃ ꝑ dati-
onem. x. cõmitit̃ ſiue purificat̃. vt. l. ſtipulatus
. §. j. ff. de v. obli. ratõ eſt volũtas ꝓferẽtis ſum-
pta ex hoc. ꝙ ſtichus ē in obligatõe primo dedu
ctus pure. Et ꝑ hoc agitur cũ dari cũ poterit et
ꝓmiſſoꝛ interpellabit̃ dare et ſic de alijs. Finali
ter aũt ſemꝑ ad mẽtẽ diſponẽtis recurrẽdũ ē. qꝛ
ſepe cõtingit ꝙ vna dictio vel oratio ꝑ vnũ capit̃
in vno ſignificato et ꝑ aliũ i alio. ſunt ergo circũ
ſtãtie attendẽde ꝑ quas mens ꝓferẽtis declara-
tur. vt ſunt qualitates ꝑſone ⁊c̃.

Si capitoliũ nõ aſcẽderis. ſi ticio nõ nupſeris.
ſi nauis ex aſia nõ venerit. hec cõditõ ꝑ cautõez
iplet̃ ꝓut teſtatorẽ voluiſſe ꝯcludit̃. ſic̃ ꝯditio ꝑ
illũ modũ deficit vel exiſtit ꝑ quẽ deficere vl̓ exi
ſtere ꝓferẽs itelligit. ꝓut ex cõditõis ſignifica
to ꝓprio vel alio ꝑſonali medio ꝯcludit̃ ex euen-
tu vel defectu.

Si nõ valet h̓ iure valet illo. ſi nõ valet iure te-
ſtamẽti valeat iure codicilloꝝ ⁊c̃. Hec clauſule ſi
gnificãt ſi nõ pt̃ valẽ ex defectu ſolẽnitatis vt te-
ſtamẽtũ. ſcꝫ ꝙ nõ ſunt. vij. teſtes vl̓ ñ ſigillauert̃
codẽ cõtextu. valeat iure codicilloꝝ ſi ſint quiqꝫ
teſtes qꝛ diſponẽs hoc voluit ⁊ lex admittit. ſig
ficat g̃ dictõ ſi apposita his v̓bis vel alijs. ꝙ vo-
lũtas diſponẽtis declarata ex v̓boꝝ ſignificato
vel al̓s q̄uis mõ dictat.

Si pepit hec dictõ ſi applicata v̓bis diuerſimo-
de ſignificat. ꝓut diuerſimode applicat̃. v̓. g̃. di-
cendo ſi tres peperit liber eſto. ſignificat ꝙ ꝑtus
quartꝰ ſit liber. vt. l. aretuſa. ff. de ſta. homi. ſi g̃
vnũ primo peperit. et ſecũdo tres ex codeꝫ vtero
vl̓ primo duos et ſecũdo duos ex codẽ vtero: tũc
q quarto naſcit̃ ē liber. nec pt̃ dici ꝙ duo ſimul
naſcũt̃. qꝛ natura h̓ ñ patit̃. vt i. l. aretuſa. ꝑal.
Alij dicũt ſi naſcitur maſculus et femella. ma-
ſculus p̄ſumit̃ primo natus. qꝛ fortioꝛ. ſ; h̓ ē i cõ
trariũ. qꝛ femĩa citius pubeſcit ⁊ ꝑficit̃. Alij di-
cunt ꝙ om̄es erũt liberi. l. cũ mr̃. §. fi. ff. de fidei
cõmiſ. liber. ſ; hec nõ fuit mens teſtatoris ergo
primum dictum melius.

Siue euenerit ſiue nõ euenerit. Hec oroẽs de ſe
ſunt cõtrarioꝝ caſuũ. ⁊ tñ ꝯiũcte ſignificãt puri
tatem. ſcꝫ ꝙ actus q diſponit̃ his v̓bis ſit purus
Et ſumitur ſigficatũ ex hoc ꝙ certũ ē alterũ ca-
ſuũ euẽturũ. et ſic diſpoſitio redditur pura. fa-
cit lex. ꝙ ſi petẽte. §. vlti. vbi habetur. ꝙ venditõ
facta hoc modo ſiue nauis ex aſia venerit ſiue
non. eſt pura. vt. l. pupillus. §. q ſub conditione
. ff. de noua. vbi habetur. ꝙ q ſtipulatur ſub con
ditione oĩno extitura pure ſtipulatur. vt. l. itaqꝫ
. ff. ſi cer. pe. vbi cõditio dicitur cũ incertũ cõfer
tur. Et ſic patet. ꝙ hec cõditio nõ reddit actum
ꝯditõnalẽ de ꝑ ſe. ſ; hec oratõ applicata diſpoſiti
oni vltime volũtatis eam reddet cõditõnalem.
vt. l. hmõi. ff. quã di. le. ce. vbi dicitur. ꝙ legatuꝫ
hoc mõ factũ ſiue illud factũ fuerit ſiue nõ ē ꝯdi
tionale. et itellige ſiue nõ fuerit infra certũ dieꝫ
ne in infinitũ expectetur. Et licet certum ſit alte
rũ caſuum euẽturum. tñ incertum eſt an viuente
legatario vel nõ. et hec incertitudo facit condi-
tionem in vltimis volũtatib⁹. fa. lex. j. ff. de con-
di. et demõſtra. ſecus ſi i ꝯtractu qui cure tranſ
mittitur ſiue factum exiſtat ſiue nõ. ergo cõtra-
ctus factus cum ille morietur nõ eſt conditiona
lis ſed in diem. l. nam et ſi moriar. ff. de condi. et
demõ. ⁊ ſumitur i his ſignificatũ ex cõmuni mõ
itelligẽdi niſi aliud certe appareat ex voluntate
teſtatoris vel cõtrahentium.

Sobrini et ſobrine dicũtur. qui vel que ex pa
truelibus fratrib⁹ vel ſororib⁹ conſobrinis vel
amicis progeniti vel progenite ſunt.

Sobrinus ꝓpioꝛ et ſobrina ꝓpioꝛ ſũt patrui ma
gni vel amite magne filij filie ⁊c. et ſobrinus na-
ſcitur ex ſorore.

Socer eſt pater mariti vxoris in. l. ſic̃ aũt. ff. de
re iudi. etiã eſt pater vxoris mariti vt. e. l.

Socrus eſt mater mariti vxoris. ꝓſocer ꝓauus
et ꝓſocrus ꝓauia mariti.

Societas. Re. ſ̃. actio ꝓ ſocio. Nam vera ſoci-
etas fr aternitatem inducit. vt in. l. verum. ff. ꝓ

ſocio.

Solutio ſm goff. eſt rei qua debetur redditio.
inſti. qbus mo. tolli. obli. in pñci. Vel large. eſt
ab obligatione liberatio. Et alia eſt naturalis
ſiue vera que fit p redditõem eius qḋ debetur.
alia ciuilis ſiue imaginaria. Et fit multipliciẗ
p nouatõem. delegatõem. acceptilatõem. vel cõ-
penſatõem. de quibus ĩ locis ſuis.

Soluẽdo eſſe eſt habere vnde ſoluat vł vnde ſol
uere poſſit inſolidũ p ſe vel p aliũ. ff. de ṽ. ſigni.
l. ſoluẽdo. et ſic diciẗ qs eſſe ſoluendo. ecõtra nõ
ſoluẽdo diciẗ ille q ſoluere nõ poteſt.

Solẽnitas ſumitur ꝓ actu reali vt ſolẽnitas ſti
pulatõis. dũ quis fideiubẽdo ſe obligat interro
gatõe pcedente et reſpõſione ſequente. inſti. de fi
deiuſ. §. fi. Et hoc eſt notãdum ꝓ intellectu hꝰ
ſi ſcriptũ repiretur aliquẽ fideiuſſiſſe ſub h̃ ṽbo
ſignificatur ſolẽnitas ſtipulatõis. niſi fieret in
patria tali ĩ qua efficax eſt ſimplex ꝓmiſſio. ſiłr
in autẽtico iſtrumento ſi reperitur ibi ſcriptum
aliquem ꝓmiſiſſe ſub hoc verbo includitur ſolẽ-
nitas ſtipulatõnis. l. j. C. de vſur. et. §. ſi ita ſcri
ptum. inſti. de inuti. ſtipu. Et ſumiẗ ſignificatuꝫ
ex ſolẽnitate iſtrumenti qḋ ſignificat actũ ibi cõ
tentum ſolenniter factum. etiam ex pte notaria
tus. qꝛ notarij nõ redigũt inſtrumẽta ĩ ſcriptis
publicis. niſi de actibꝫ corã eis ſolẽniter celebra
tis. alˀs ꝓmiſſio nõ facit de ſe ſolẽnitatem ſtipu-
latõis ſecus de fideiuſſione. dum ſaltem apparet
inquãtũ ꝓ quo et penes quẽ. alˀs etiã nulla eſſet
fideiuſſio. l. cum de in indebito. ff. de ꝓba. §. fi.
iuncta. l. j. de fideiuſ. et ſic de alijs in quibus in
cluditur ſolẽnitas vel non.

Solus ẽ cui nullus ẽ cõtrarius di. viij. ſi ſolus
xp̃c audiẽdus eſt. nõ debemus attẽdere qd aliqs
ante nos faciẽdum putauerit. et. viij. q. j. ſciẽdũ
in fi. ſola ẽ que fidei poſſidet meritum obedien-
tia.

Solũ idem ẽ qḋ terra. vñ. Sit tibi terra ſolum
duo poſſunt vincere ſolũ. vbi primũ ẽ ſubſtãtiuũ
neu. ge. ſcḋm adiectiuuꝫ maſcu. ge. vñ dicitur.
Quicqd plantatur ſeritur vł edificatur. Omne
ſolo cedit radices ſi tñ egit. inſti. de re. diui. §.
cum in ſuo.

Solidum id ẽ firmũ. et cõponitur cum in. vt iſo
lidum. id eſt quilibet coꝝ per ſe ſolũ. vñ locum
habet in ꝓmiſſionibus ſtipulatõe vallatis q̃ ſti
pulatio accipitur p verba futura. vt inſerit inſo
lidum ſe daturos vel ſeruaturos.

Solidus. vide. s̃. furtum.

Sors ẽ ars diuinãdi. diuinatio aũt ꝓpꝛie in ma
lo ſumitur. Item etiã ſors idem eſt quod ſortile
gium. vt. c. j. de ſorti. Item ſors eſt portio here-
ditatis. eo q̄ p ſortes ſolent diſtingui heredita-
tum portiones de preben. cum ſm apoſtolũ. xxj.
di. cleros. ſumitur etiam ꝓ fortuna vel euentu
xxvj. q. ij. ſors. Item ꝓ capitali capitur vt ḋ vſu-
ris. c. j. et. ij. et de hoc vide glo. in ꝓhemio cle. in
ṽ. ſortis.

Sortilegium eſt quãdo aliqd p creaturam diui
natur. et ſpecies diuinationis numeranẗ. xxvj.
q. iij. c. igiẗ. et c. q. v. epi. et. c. nec mirũ. Etiã oĩs
diuinatio quocũqꝫ mõ fiat et qualitercũqꝫ voce
tur eſt ꝓhibita et damnata. vt. xxvj. q. v. per to-
tum.

Sortilegi vel ſortilegiſte ſunt diuĩatores. vł iſti
qui ſub nomĩe ficte religionis p quaſdam quas
ſanctoꝝ vel apoſtolorum vocant ſortes vel diuĩ
nationes ſententiã vel ſcientiam profitenẗ ſiue
diuinationis aut quarũcũqꝫ ſcripturarũ inſpe
ctione futuram ꝓmittunt. vt. xxvj. q. j. c. j.

Sotulares dicuntur quaſi ſubtalares. a ſub et
talo. et aliud ſunt boti genꝰ calciamẽti. vt ĩ cle.
ne in agro. de ſta. mona.

Spectacula ſunt que fiunt in loco vbi lude-
bant traiedi et comedi vt dicunt greci. et habeẗ
in auẗ. de conſulibus. et ſpectaculum prohibi-
tum eſt prout importat effuſionem ſanguinis.
C. de gladia. l. j. li. xj. et. l. legatum. ff. de vſu. et
vſufruc. ſed ludi permittebantur ad letificatio-
nem populi vt comedie et ſimilia. l. j. ij. et. et. iij.
C. de ſpecta. li. xj.

Specus eſt altus locus ſupra terram per queꝫ
ducitur aqua. ff. ḋ riuis. l. j. §. ſpecꝰ. Itẽ poiẗ p
foſſa q̃ colligiẗ aq̃. et eſt ampla et rotũda. ff. ḋ aq̃
plu. arcen. l. s̃. iter. ibi glo. ponit differentiã inẗ
ſpecus et cuniculum. vide. s̃. C.

Species ſignificat terminum ſignificatiuũ plu
rium differentium numero. vt homo ille termi-
nus ſignificat omnes homines inter ſe differen-
tes numero. qui terminus homo ſignificatur p
hoc nomen ſpecies. prout eſt vnum de quinqꝫ p̃-
dicabilibus. h̃ ſm legiſtas ſumitur ſpecies quã
doqꝫ pro indiuiduo. vt ſeyus ſtichus fundus cor
nelianus dicitur ſpecies. prout ex ſignificato vł
quouis alio medio concluditur proferentem ſi-
gnificare voluiſſe. vt ſi dicat teſtator. ticio lego
omnes ſeruos. ſeyo lego ſtichum. ibi ſeyus in ſti
cho prefertur. l. vxorem. §. feliciſſime. ff. de le. iij.
nam ſpecies expreſſius legatur q̄ genus. et lega
tum ſpeciei preualet et aliquid ſignificat et ope-
ratur. ſimiliter ibi lego ticium vnum de ſeruis
meis ſeyo lego ſtichum ſeyus in ſtichum pre-
fertur. l. cum ita. §. j. ff. de op. et elec. leg̃. non ob
ſta. l. ſi heres. § j. eo. titu. qꝛ ibi optauit ḋ facto
h̃ ibi lego ticio fundũ ſempronianũ. ſeyo eiuſdẽ
fundi vſufructũ. ſeyus ĩ vſufructu. nõ pfeẗ. imo
inter vtrunqꝫ communicatur. l. ſi alij. ff. de vſu-

fruct. lega. Sʒ ſi iudex diuidēdo dicit ticio aſſi
gno fundū ſemproniū. ſeyo eius vſufructū. ſol⁹
ſeyus habebit vſufructū. l. et puto. §. j. ff. fami.
her. rō ē volūtas iudicis ſumpta ex natura diui
ſionis q̄ agitur recedi a cōmunione. nā ſi vſufru
ctus remaneret ꝯmunis nō fieret diuiſio nec re
cederet a ꝯmunione. Et hec diuiſio et ſententia
iudicis eſſet euidēter iniqua. qua in fundo eque
vni adiudicaret̄ tota ꝓprietas. et cū hoc ps vſu-
fructus. ideo ſumit̄ intellectus talis qđ vni⁹ ſit
ꝓprietas et alius vſufructus. q2 hic nulla appa-
ret inequalitas. Itē ibi teſtator legat oēs ſer-
uos cuidam nō capaci. puta deportato. et ſtichū
ſeruū ticio capaci. ticius hēbit ſtichū. nec dero-
gatur legato generis ꝑ legatū ſpeciei. q2 legatū
generis nullū eſt ipo iure ⁊ ſic ei nō derogat̄. vt
l. nam etſi. ff. de iniuſto. rup. et irri. fa. teſt. vbi
ꝙ nullū ē rumpi nō poteſt. Itē ibi papa cōcedit
grām alicui ad primū beneficiū vacaturū in ꝓ-
uincia. alij ad primū vacaturū ī dyoceſi etiā pri
or ꝓfertur ad primū vacaturū in dyoceſi ꝓpter
ius prius acquiſitum priori cui papa ꝑ ſecundā
gratiā nō vult derogare. Naʒ papa ſpecifice no
minat dyoceſim ad ipi⁹ grē reſtrictōem. vt in il
la dyoce. gratia tm̄ habeat effectū. etiā q2 hec g̃-
tia poteſt habere effectū abſqʒ hoc ꝙ deroget g̃-
tie generali. ſecus in legatis. vbi oēs ſerui vni
legātur et alteri ſtichus legat̄. q2 niſi derogetur
legato generis. legatū ſpeciei nō habebit effectū
et nihil opabit̄.

Sperant id eſt putant. inſti. qui et a qui. manu
mit. nō licet. §. in fraudē. ꝟ. ſepe.

Spoliatio ē a poſſeſſione rei imobilis violenta
et iniurioſa deiectio. vel rei mobilis oblatio dr̄
violēta. q2 ſi qs ſponte poſſeſſionē ſuā renuncia
uerit vel abiurauerit locū nō habebit ſpoliatio
et ꝑ cōſequēs reſtitutio. Nam reſtitutio ſpolia-
toꝝ ē ablatoꝝ in iudicio reintegratio. et q2 cre-
dendum canones loqui ſano intellectu. ſpoliat⁹
intelligitur in caſu quo criminaliter accuſatur.
qui tota ſua ſubſtātia vel maiori pte ipius ſe per
violētiam deſtitutū affirmat. q2 nec nudi ꝯtendē
nec inermes inimicis nos opponere debem⁹ ha-
bet eñ ſpoliat⁹ priuilegiū. vt ñ poſſit exui iā nu-
datus. vt ē tex. in. c. frequens de reſti. ſpo. li. vj.
vñ. Cātabit vacuus corā latrone viator. vide.
goff. ī ſum de reſti. ſpoli. vbi ꝑdictā diffinitionē
ſpoliationis ſubtiliter declarat.

Sponſus et ſpōſa ſunt. q inter ſe de futuris nu-
ptijs ꝓmittūt ꝑ verba de futuro. a ſpōdeo ſic di
cti id ē. ꝓmitto. vt. l. iij. ff. de ſpon.

Sponſa dicit̄ etiā quā pr̄ ſpōdet alicui futuraꝫ
ſpōſam ſeu vxorem. vt. l. ij. ff. e. ti.

Sponſalia ſunt futuraꝝ nupciarū cōuentio et
repromiſſio. ff. e. ti. l. j. et. xxx. q. v. noſtrates. et
ita iſte cōſenſus eſt de futuro matrimonio. Cō-
ſenſus vero nupciaꝝ eſt de pñti mr̄imonio. Sʒ
dicit placen. eundem eſſe cōſenſum ſponſaliū et
nuptiaꝝ. Sponſalia aūt dicta ſunt a ſpondeo.
nam moris fuit veteribꝫ ſtipulari ⁊ ſpondere ſi-
bi vxores futuras. vt. l. ij. ff. e. ti. Inde ſponſa ꝙ
a ꝓpō facta ē. et certa ſtipulatio pr̄ interuenire ꝟ
nō ē neceſſaria. Et nota. ꝙ ſpōſalia diſſolui poſ
ſunt pluribus modis ſm io. an. ī tractatulo ſuo
ſup quarto decretaliū. Et no. ſup rub. de ſpon.

Sponſalicia largitas dr̄. qđ dat ſpōſus ſponſe
ſine aīmo tñ recōpenſandi ꝟ oīno gratis vel ecō
uerſo. et iſta donatio dr̄ contractus iure ciuili.
Et illoꝝ ſunt. iiij. ſcʒ ſtipulatio. lraꝝ obligatio.
cōtractus emphitheotic⁹ ⁊ ſpōſalicia largitas
vt in. §. ius aūt gentiū inſti. ꝺ iu. na. gen. ⁊ ciui.
in glo. ſup ꝟbo pōe.

Sportule ſunt ſalaria apparitoꝝ. vel ſm azo.
C. e. ti. forte apparitores iſta nō ſibi ꝟ pro fiſco
recipiebant. et illa reponebant̄ in ſporta vel in
aliquo ſimili vaſe. vt corbe in q̄ cōſueuerūt aliq̄
portari. et ita ſub tuta cuſtodia fiſco cōſeruabāt
et ſic cōtinentia ponūtur pro contentis vt. C. de
ſpor. et ſup. l. iij. in rub.

Spurius ē fili⁹ ex inceſtuoſis nuptijs natus. ⁊
dicitur a greca voce ſporas qđ ē vulgo cōcept⁹.
vel ſine patre nomē ſumpſiſſe. vt. ff. de ſta. homi.
l. vulgo cōcepti. vel ē natus de cōcubina vt ꝺ re
nūc. c. niſi cum pridem. §. pſone ꝟo. ī glo. q̄ diſti
guit nochū. ſpuriū. māſerē. ⁊ naturalē.

¶ Stabularij dicūtur q aduocatis hoſpitibꝫ ⁊
ſtabulis ꝓponūt̄. a ſtabulis ſic dicti. Qui ꝟo ſic
receperūt hoſpites ⁊ ſine equis vocāt̄ caupōes.

Stationarij dicūt̄ milites q vt alicui teneāt ſta-
tionē ſunt cōſtituti. pñt etiā dici libroꝝ vēdito-
res q2 ſtationē faciunt ꝓ libris vēdendis. Item
dicūt̄ elemoſinaꝝ q̄ſtores. in. c. cū ex eo. de pe. ⁊
rmiſ. vbi ꝓhibet̄ talibꝫ ꝑdicare. et ponit̄ ibi for
ma de verbo ad verbum eorum que tales dice-
re debent populo.

Stadiū ē octaua ps miliaris ytalice. qđ (vt hi
ſtoriace refert̄) hercules vno anhelitu currebat
et poſtea ſtabat. et ē ſpaciū cētū et triginta paſſu
um ſm azo. inſti. de re. diui. §. vniuerſitatis ꝟ.
ſtadia.

Stat⁹ ē ꝯditō hoīs ī q̄ vt plurimū pr̄ vt ait plato
Stat⁹ liber ē libertas ꝯceſſa ſb̄ cōditōne. vt di-
cēdo lego ſeruo meo libertatē ſi nauis ex azia ve
nerit. l. j. de ꝟ. obli. ff. ⁊c̄.

Statuimus bene ſignificat ſentētiā diffinitiuā
vt. c. in his de ꝟ. ſig. ⁊ iportat ꝯñiē nouū ius. ſec⁹
decernim⁹ et inouam⁹. vt i. c. decernim⁹ de iudi.
et. c. inouam⁹ de treu. et pace. Nam decernim⁹
diſcuſſionē dubij. inouam⁹ antiq iuris renouati
onē. et ſtatuim⁹ noui iuris ꝓmulgatōꝫ iportat.

Statutū eſt ius ab hoie poſitum vel diſpoſitio
ex qua ius ꝓducitur. inſti. ꝺ iure na. gen. ⁊ ciui.
et ſignificatur ius ſtatuti ex verbis ī ſtatuto po
ſitis. q̄ ſignificāt qꝺ ſonāt aut ſtrictꝰ aut exten-
ſiue vel aliter. ꝓut obſcuritas eoꝝ declarat̄ ſeu
q̄uis medio probabili cōcluditur. Nam in q̄buſ
dam ſtatutis v̄ba clare ſumūtur in ſuis ꝓprijs
ſig̃ficatis. nō reſtringēdo nec extēdendo. vt ibi.
ſtatutum impatoris dicit. ꝙ iudex q̄ dimittit̄ ab
admiſtratōne. nō ſoluat pecunias vſure ab eo de
bite. nec ab eo exigant̄. nec a fideiuſſore. l. conſti
tutōibus. ff. ad municipa. ⁊c̄. Nūc aūt reſtrigū-
tur verba ſtatuti. vt ibi ſtatutū ē ꝙ vir ſi manu-
miſerit ſeruū dotalem de volūtate mulieris. tene
atur mulieri ſoluto matrimonio reſtituere quic
qꝺ ꝑuenerit ad ipm a liberto. et etiam heres eiꝰ
ſi ad ipm ꝑuenerit in q̄ ſtatuto ſolū cōprehendit̄
vir et heres eius. ſed nō ſocer pater viri. l. ſi vir
. §. de viro. ff. ſolu. matri. Nūc ſignificat extenſi
ue. v. g̃. ſtatutū ē ꝙ ꝯductores domoꝝ habitent
in illis. ⁊ nō cōducāt alijs. nec alios ſecū ī domo
cōducta ꝓ p̄cio vel gratis teneāt. vir cōduxit do
mū taliter. certe extēditur ꝙ pt̄ ihabitar̄ cū vxo
re ⁊ familia ſua tota nec facit ꝯtra ſtatutū. vt. l.
ſi ita ſtipulatꝰ fuero. ff. de v̄. obli. Bar. h̄ decidit
hāc q̄ōem. ſtatuto cauetur ꝙ q̄cūꝙ fecerit effun-
di ſanguinē ī pallatō capite plectatur. barbiton
ſor fleubotomat aliquē ibi. an icidat penaꝫ? Et
dicit ꝙ nō. q2 ſtatutū itelligit̄ q̄cūꝙ iiurioſe ⁊c̄.
etiā pena nō dꝫ iponi niſi ꝓ dilecto h̄ barbiton-
ſor ī tali cāu nō ꝯmittit delictū igr̄ ⁊c̄. niſi appa
reret de mēte ſtatuētis ꝙ vellet ꝓhibere de ſe li-
citū. puta effundere ſanguinē etiā licite ꝑ fleubo
thomiā ꝓpt̄ loci honeſtatē. Nā tūc bn̄ ſtaret̄ ver
bis ſtatuti. et ſic ꝯtra faciēs icurrēt penā damni
vel nō lucri appoſitā. Si aūt ſtatutū velit ꝓhibe
re de ſe licitū. ī dubio nō ē tenēdū niſi clare h̄ pa
teat. Et p̄dicta itelligūt̄ de extēſiōe vel reſtrictio
ne vltra q̄ v̄ba ſignificāt de ſe. Si aūt v̄bū hꝫ plu
res ſignificatōes tūc illa eligit̄ quā eligēdā ſig-
ficatū v̄bi declarat. vt qn̄ lex dicit naturales fili
os eē ī p̄tate p̄ris. itelligit̄ de naturalibꝰ ⁊ legit
timis. q2 alijs legibꝰ declarat̄ ꝙ filij naturales
tm̄ nō ſūt ī p̄ria p̄tate. Et nota ꝙ ſignificatō ꝓ-
pria v̄bi dꝫ illa in q̄ ꝓꝓriter capitur ipm verbū. vt
in. l. labeo. ff. ꝺ ſuppel. lega. Itē ſtatutū imponēs
penā pecuniariā ꝓ adulterio vel homicidio ꝓ
q̄bꝰ ē pena mortis de iure cōmuni. vtꝝ valeat?
archi. ī. c. duo iſta nomia. xxiij. q. iiij. et ī. c. fi. ne
cle. vel mo. li. vj. et hoſt. et io. an. ī. c. fi. de ꝯſue.
deſcindūt ꝙ nō valet. q2 ꝯſtitutō dꝫ eē iuſta. eq̄.
⁊ vniuerſalis. iiij. di. c. erat aūt lex. h̄ iſta ē iniqua
q2 ꝑ eā datur occaſio facile deliquēdi. l. ſi vnus
. §. illꝺ v̄o. ff. de pac. c. quēadmodū. et. c. et ſi xp̄c
v̄. q̄dā eīn de iureiur̄. nil em̄ magis appetimꝰ q̄
ſaturare voluntatem noſtraꝫ cum poſſumꝰ. Cū
ergo quis ſcit ſe ꝓ homicidio nō moriturū. citiꝰ
facit. nec ſuā culpā p̄timeſcit cū ſperat poſſe re-
dimere eam. Bal. ſolus apud legiſtas in. c. j. §.
iniuria. de pace ī fir. ī vſi. feu. dicit ſine aliq̄ al-
legatōne hoc ſtatutum inualidum eſſe. quando
imponit penam pecuniariam paruā et ſic n̄ cō-
temptibilem al's ſecus. et nihil allegat. h̄ ludo.
de ro. ꝓbat ꝑ tex. §. pena. inſti. ꝺ iniur̄. vbi dici
tur. ꝙ valida erat. l. xij. tabula. olim que ꝓpter
delictum imponebat penam pecuniarum ⁊ hoc
propter magnam veterū paupꝫtatem. Item alle-
gat glo. dicentē. q̄ ruſtico aufert porcum. aufert
ſibi oculum. l. illicitas. ff. de offi. preſi. Item ru-
ſtici nō audent optare pecunias in comitatu flo
rentino vt. l. dn̄i prediorum. C. de ag. et cenſi. l.
xj. Item ſtatuta communiter fiunt. ꝙ qui ſtete-
rit in ciuitate per tot annos efficitur ciuis. ꝙ ſi
non ſteterit continue. ſed pro maiori parte tem-
poris. an locum habeat ſtatutum tex. eſt ſingu-
laris in. l. cum de lamonis. §. ſabinus. ff. de fun
do inſtruc. vl' inſtru. lega.

Statutum ſiue lex puniens vnum delictum et
preſuppōnēs aliud. nō valet ī illū in q̄ nō verifica
tur delictū p̄ſuppoſituꝫ. glo. vnica in. l. mācipia
in verbo. aduocandum. C. de ſer. fugi. ver. gra.
ſtatutū dicit turbans aliquem in poſſeſſione. pu
niatur pena centum: et reſtituat poſſeſſionē. pu
nit enim turbantem et preſupponit poſſeſſionem
iniuſtam. ſi ergo quis non abſtulit poſſeſſioneꝫ
nō punitur pena ſtatuti. ꝑ hoc dicit ludo. de ro.
ꝙ lucratus fuit. vj. flor. Item rome erat ſtatutū
ꝙ quicunꝙ non exequeretur diſpoſitionem de-
functi infra annum. priuaretur omnibus bene-
ficijs ſuis excōmunicaretur et ſtatim reſtitueret
bona teſtatoris. iuxta. c. ſi heredes. de teſta. qui
dam relictus executor ex teſtamento nunq̄ ha-
buit bona in poſſe ſuo. ſed erant penes heredē.
nō fuit executus infra annū: et cum fuiſſet bene
ficijs priuatus et excommunicatus. dicit ludo.
de ro. ſe determinaſſe ꝙ male fuerat excommu-
nicatus. quia preſuppoſitum ſtatuti ſcilicet ꝙ ha
buerit bona in poſſe ſuo non verificabatur ī eo
et dicit hoc bene notandum. Item ſtatuti cau-
ſa cōpromitti nō poteſt. caſus ē in. l. non diſtin-
guemus. §. deliberati. ff. de arbi. et. c. cauſa. de
in inte. reſti. poteſt de ea incidenter cognoſci ca-
ſus ſingularis. in glo. l. cū ꝓponas. C. de re. cre
di. q2 idem eſt in arbitrio qꝺ in iudice. de q̄ in. l.
quotiens. C. de iudi. Item ſtatutū prohibet ha
benteꝫ vnum officiū acceptare. aliud ſi acceptat
pena habet vt careat acceptato. et priuatur offi
cijs ſeu beneficijs et ſalario primi. tex. ſingula-
ris. eſt in. l. quiſquis. C. de cohorta. prin. li. xij.
et ibi per Bartolū. Item ſtatutuꝫ eſt quod cre-

datur teſtib⁊ deponētib⁊ de credulitate an vale-
at. dicit hoſtienſ. et dn̄s antho. de butr. in. c. j. de
app. ꝙ nō valeat. de hoc ſm ludo. de ro. in. l. j. ff.
de ven. inſpi. et in. l. qđ tn̄. ff. de ar. et plene ꝑ do.
antho. c. quotiens. de teſt. vbi nō valet dictū te-
ſtiū ꝑ verbū. credo. Itē ſtatuta ciuitatis iudex ſ̄-
uare iurat. q̄rit᷑ an iudicās ꝯtra ſtatutū ꝯtinens
id qđ ius ꝯmune. ſit piurus: et recidit in hoc an
ſtatutū ꝯtinēs id qđ ius cōmūe ſit ius cōmune
vel municipale Bal. l. ij. ff. de ꝯſti. pe. dic eē ca-
ſum ſingularem. in. l. magiſtratus. ff. ad muni-
cipa. et dicit luđ. de ro. ſ nescio extēdere. Item
ſtatutū ꝓhibet aliq̄n ne doctores ſalariati vadāt
ad allegandū ſeu aduocandū. et ſi faciūt debent
deponi a matricula aduocatoꝝ. et priuant᷑ ſala
rio illi⁹ anni ſm bal. ſingularit᷑. in. l. placet. i fi.
C. de epiſ. et cle. imo dātes licētiam doctoribus
ſtipēdarijs reipblice aut armigeris cū n̄ poſſint
q: eoꝝ officiū ad ſ nō extendit᷑ vt vadāt ad bal-
nea naturalia vel alia loca ſimilia: ſalariū illi⁹
tpis q̄ licētiā dederūt. ipſi officiales de ꝓprio ſol-
uere tenētur. caſus ē ſingularis. in. l. ꝑ hanc. C.
de eroga. mili. an. li. xij. ſm luđ. de ro. Itē nota
ꝙ in ſtatutis ꝯmunit᷑ locū hꝫ ar. a ꝯtrario ſen-
ſu. hoc tn̄ ē limitādū. niſi ar. illud ſumat᷑ ꝙ ſta-
tuētes in penā inciderēt. tūc ei nō valet vt ē glo.
in cle. j. ſup verbo facere et exgſitus de vſuris.

Stellio dr̄ q aīo incōſtans et vari⁹ ē verbo vl̄
facto. vel q rē aliquā obligauit alicui et deinde
impignorat alij. nō facta mentōe de pmo. et ge-
neraliter qđ in his crimīalib⁊ cauſis dr̄ dol⁹ i ci
uilib⁊ dicit᷑ ſtellionatus. Stellio enī ꝓprie ē aīal
varijs maculis plenū et venenatū ſimile lacer-
te. et ē corꝑe pictū lucentib⁊ guttis. vide de hoc
ſupra crimen ſtellionatus.

Stichus eſt ꝓprium nomen.

Stigma ē ſignū vel inſtrumentuꝫ quo brachia
fabricenſium figurabant᷑. cui erat impſſum no-
mē imꝑatoris. facies vero eoꝝ nō figurabātur.
vt. l. ſi qs. C. de pe. et ſm io. an. ca. ſi iudex lay-
cus. de ſen. ex. li. vj. in glo. verbi agnoſcitur.

Stipes ē ꝑſona a qua alij originē ducūt.

Stipulatio ē firma verboꝝ cōceptō qua qs ali-
qd ſe facturū daturūve ꝓmittit alteri ſup ſ ipꝫ
interroganti. et dr̄ a ſtipulon grece ꝙ ē firmū la
tine. denoīat᷑ etiā a ſtipite. Cōſtat aūt ſtipulatio
ex itrogatōe p̄miſſa ⁊ reſpōſione ſubſequenti
quēadmodū ꝯtradictō ex affirmatōe et negatōe
hoc mō ꝓmittis vel dabis mihi. x. ꝓmitto vel
dabo tibi. Nūꝫ dr̄ ſtipulat⁹ ille q ꝓmittit ꝑ ſti-
pulatōem paſſiue. Vel ſic ſtipulatio ē ſolēnis ꝓ
miſſio facta itrogatōe p̄cedēte et reſponſione
ſequente.

Stipulationū. alia ē pura. alia cōdictōnalis. et
alia in diem.

Stipulatio pura ē q̄ nec fit ſub cōditōe nec in
diem. ſed pure. vt dicendo dabis hoc. dabo.

Stipulatio conditionalis habet fieri ſub con-
ditōne hoc modo. ꝓmittis mihi dare centuꝫ ſi
nauis ex aſia venerit. et reſpōdes ꝓmitto.

Stipulatio in diē fit hoc modo dabis mihi. x. i
kl'is iulij. et respondes dabo.

Stipulatio aquiliana ē. q̄ nouat oēm ꝯtractuꝫ
vt ſic quicqd mihi debes ex q̄cūqꝫ cā. idem mihi
ꝓmittis. ſi enī ex mutui datōne mihi debitor ſis
velimqꝫ acceptū ferre id ē ꝑ acceptilatōem ſ̄mit
tere. nō poterit res expedire niſi ꝑ obligatōem
que in rem cōtrahit᷑. Re. s. aqliana actio.

Stipatus. i. vallatus. circūdatus. fulcitus ſm
io. an. in cle. paſtora. verſi. notoriū. de re iudi.

Stinarij dicūtur amatores idem dicuntur car-
nearij.

Stratū dicitur generaliter omne genus veſtis
vel omne indumentū. vt. ff. de ver. ſig. ſ magis
ꝓprie veſtes cubiculares dicim⁹ ſtratū a ſternē-
do. vnde etiā via publica ſtratū dicitur.

Stratores etiam a ſternendo dicuntur. quia cu
ſtodientes in carcere reos ꝯdemnatos punichāt
vel ſtratores dicuntur eſſe iſti qui ſtabulis vel
equis ſtantibus in eis preſunt. et dicitur a ſtra-
torio ſm azo. C. de ſtrato. li. xij. i rub.

Studium vt dicit azo. ē vehemens et aſſidua ad
aliquam rem agendā cum ſumma voluntate oc-
cupatio. ex qua voluntate labor in opus defer-
tur et ꝑdit laboris tedium verſus in oblectamē-
tum.

Studium liberale et latinum. olim tn̄ erat ro-
me et conſtantinopolis. in alijs aūt locis nō ni-
ſi ex priuilegijs. vt. C. de ſtu. li. in rubro et in ni-
gro. li. xj. et in ꝓhemio. ff. hec aūt tria. hodie im
perio ſciſſo ſtudium in multis locis fit et maxīe
bononie. que legalis ſtudij obtinet monarchiaꝫ
Sed vtrum in feſtis et diebus dominicis liceat
ſtudere. Io. an. dicit ꝙ ſic. dum ſtudium fiat ſn̄
ſolennitate nō propter lucrum. cum non ſit op⁹
ſeruile. ſed cum ſolēnitate: puta in publicis ſco-
lis non licet. Antho. de butr. dicit ꝙ cauſa conſi
lij dandi vbi neceſſitas ſuadet. ſcꝫ quia cauſa ē
tempore peritura vel đ loco longinquo. tūc licꝫ
ſtudere etiam ad lucrum al's non. nec in ſciētijs
poſitiuis que ad lucrum vel honores tendunt.
ſed in theologia et ſpeculatiuis ſic. et addit pa-
nor. etiam in iure canonico cum ſit theologia
practicata. quia talis laborat in vinea domini.
et efficitur per hoc ſpeculatiuus et abſtrahitur
a vitijs. non autem cultus diuinus vel officiuꝫ
per hoc pretermittatur. ſanius enī eſt maiorib⁊
ſtudere et mentes occupare. q̄ ocium inſequi vel
in laruis vagari. immo melius eſſet domi mane
re q̄ feſta eccleſiarū ꝓpter dn̄as viſitare. vt no.

.c.j. de ferijs. ⁊ .c. odi ⁊ ꝓieci feſtiuitates veſtras
xxiiij. q .j. vbi etiã vidua q̄ i corbanũ duo minu
ta poſuerat a ſaluatore oibus pferť. qꝛ dñs non
ea q̄ offerunť ẜ volũtatẽ offerẽtiũ reſpicit. ſtude-
at ḡ diligens ſcolaris diebus feriatis ⁊ alijs. qꝛ
nõ ſufficit diu fuiſſe in ſtudijs ẜbñ ⁊ laudabiliť
viriſſe ꝯmẽdãdũ eẜ .xij. q .ij. gl'a epi .i fi. nec aliqs
repẽte fit ſũmus. de pe. diſ. ij. §. hec q̄ de caritate
⁊ .glo. in .c. cũ ex lr̄is. de i inte. reſti. ⁊ ñ pť qs mo
dico tpe multũ addiſcẽ .xlviij. diſ. §. j. q̄ nis ige-
niũ in bñ ſtudentibꝫ interdũ ſuppleat tp̄s. lxxvij.
diſ. monachꝰ. vbi dr̄. quãtũ de tpe decerpiť mor
ẜ doceť hr̄e ꝓbitas qd̄ ꝓlixior ꝯſuetudo nõ ꝯtu-
lit. aduertat etiã decẽm iuris cõſul. ff. de fideicom
miſ. lib. i. l. apud iuľ. vbi dicit. ſi vnũ pedẽ tenerẽ
i ſepulchro. adhuc diſcerẽ. nã q vult ſeruare ⁊c.
Stuprum eſt illicita v̄ginis defloratõ. q̄uis i vi
dua ꝯmitti dicať niſi ſit meretrix vel illicita cõ-
cubia. ẜm .l. ff. de concub. l. in concubinatu. in fi.
Itẽ committiť in pueris. ff. ad .l. iuľ. de adul .l.
ſtuprum.

¶ Suarij. Re. ŝ. porcarij.

Suaſio accipiť in bona pte vel i mala. ff. de ẜuo
corrupto. l. j. §. perſuadẽ. ⁊ .C. de fur. ⁊ ſer. cor.
.l. ſi quis.

Subgrũda eſt vna ps tecti vniuſcuiuſq ̄domus
q̄ incũbit extremis capitibꝫ tignoꝝ tectualiũ. vt
.ff. de his q deie. vel effud̄. l. ſi vero. §. ſi p̄tor ait.
⁊ al's diciť ſubgrauida vel ſubgrandia.

Subrogare eſt aliquẽ i locũ alterius ſubſtituẽ
vľ conſtituere. vt officiales vel iudices alios ſub
rogant. ⁊ poteſt ſcribi .r. pro .b. commutando vt
ſurrogare.

Subornatio eſt informatõ facta p aliquẽ de veri
tate tacẽda ⁊ falſitate dicẽda. ẜm Guiľ. de mon.
lau. in cle. teſtibꝫ de. teſti.

Subſignare ẽ ſubſcribere. vt teſtes i cirog̃pho ſo
lẽt ſignare ⁊ quaſdã notulas ſubſcribere. ⁊ quã-
do ſubſcribẽs ſe ꝯſentire dicať ⁊ quãdo nõ: ẽ ho.
glo. in .c. p̄ſbiterorũ. i v̄bo ſubſcripſerit. de reb.
eccle. nõ alie.

Subſtitutõ ẽ ſcd̄a ꝯditionalis iſtitutio. qꝛ iſti
tutõ dr̄ primꝰ g̃dus ⁊ ſubſtitutio ſcd̄s. ⁊ licꝫ ſb
ſtitutões i infinitũ de vno in aliũ poſſunt ꝓcedẽ.
tñ oĩs iſtitutõ q̄ fit pꝰ primã diciť ſubſtitutõ ⁊
ſcd̄s g̃dus. ſicť ſcd̄e nuptie dicũť oĩs q̄ ſecũť pri-
mas. Et diuidiť. qꝛ ſubſtitutionũ alia ẽ directa
alia obliq̃. Et nõ dr̄aꝫ inť v̄bũ directũ. obliquũ.
⁊ ꝯmune. Unde directũ ẽ qd̄ ſignificat vt ille cui
relīgť vľ i quẽ diſponiť ſua manu recipiat. vt ẽ v̄
bũ inſtituo. vt pꝫ. ff. de here. inſti. Itẽ illud hẽs
eſto vt ibidẽ. Itẽ accreſcat ſiľr v̄bũ capiat vel ac
cipiat. Sed v̄bũ obliquũ ẽ qd̄ ſignificat vt ille in
quẽ diſponiť vľ cui relīgť de manu alterꝰ acci-
piat. vt eſt verbum reſtituo. facit. l. inſtituta. ff.
ad treb. ⁊ p to. ti. Itẽ volo vt quãdo p fideicom-
miſſum pars hereditatis eſt reſtituenda. l. pater
filiũ. §. fi. ff. de le. iij. Itēꝫ verbum rogo ⁊c. Sed
verbum commune ẽ quod vtramq̄ ſignificatio-
nem ſiue de manu ſua ſiue de alterius recipiat. vt
eſt verbum. ſubſtituo. ſicut in .l. centurio. ff. de
vulg̃. ſubſti. habet enim q̄ñdoq̄ directam ſigni-
ficationem quandoq̄ obliquam. ſubſtitutio di-
recta dicitur cum nullo mediante quis capit he-
reditatem deficientis et directe efficitur heres
ipſi teſtatori qui inſtituit eum. inſti. de vul. ſub.
.§. quo caſu. Et hec ſubdiuiditur. quia alia eſt
vulgaris. alia pupillaris. alia exemplaris. alia
breuiloqua ſiue reciproca. alia ꝯpendioſa.

Subſtitutio vulgaris dicitur. quia de vulgo ⁊ a
quolibet fieri poteſt. dum tamen hic teſtamentũ
facere. et ille ex teſtamento capere poſſit. et hec
ſubdiuiditur. quia quedam eſt vulgaris expreſ-
ſa. ⁊ quedam tacita. Subſtitutio vulgaris exp̄ſ-
ſa eſt que fit verbis negatiuis hoc modo ticius
heres eſto. et ſi heres ille non ſit vel erit. ſeyus
heres eſto. i. ſit. ſic enim inſtituo te mihi ticium
heredem ⁊ ſi te noluerit vel non potuerit eſſe he-
res ſit heres ſeyus. Subſtitutio vulgaris tacita
fit per verba affirmatiua veluti. cum v̄o miles
puberem et impuberem heredes inſtituit ⁊ com
muni verbo eos ſubſtituit hoc modo. ſeyꝰ impu-
bes et meuius pubes heredes eſtote vel ſunto.
quos vnanimiter inuicem ſubſtituo. vel ſic ⁊ in
idem redibit. puberem ſeyum ⁊ impuberem tici
um heredes facio. ⁊ eos ſibinuicem ſubſtituo.
qua ſubſtitutione colligo: q̄ ſi vnus non fuerit
heres vel ſi vnus moriatur alius inſolidum ſit.
⁊ dicitur vulgaris. quia fit a quolibet de vulgo
ſiue ſit in poteſtate ſiue non. ⁊ dicitur tacita. qꝛ
puberem tacite vulgariter impuberi ſubſtituit
que ſubſtitutio magis eſſet pupillaris niſi pro-
pter adiunctam perſonam. ẜ in milite talis ſub-
ſtitutio pupillaris eſt propter priuilegium mili-
tis. q̄ ſubſtitutio q̄tum ad puberem vulgaris
eſt. q̄tum ad impuberem pupillaris. qm̄ ſi pu-
bes hereditatem adeat: pro parte ſua euaneſcit
ſubſtitutio prius facta. ſed ſi impubes heredita-
tem adeat: pro parte ſua non euaneſcit. cum eſt
ſubſtitutio facta priuſq̄ expleuerit pubertatem
vnde ſub expreſſa pupillari cõtinetur tacita vul-
garis. ff. e. ti. l. nam hoc iuř.

Subſtitutio pupillaris eſt que ſoli pupillo ⁊ im-
puberi fit. Et eſt etiam duplex. alia expreſſa alia
tacita. Subſtitutio pupillaris exp̄ſſa fit ẜ mõ.
iſte filiꝰ meꝰ ipubes heres eſto. ⁊ ſi heres ñ erit.
aut ſi heres erit. ⁊ infra pupillarẽ etatẽ deceſſerit
illi heres eſto. vel ſic. inſtituo mihi i hed̄ẽ ti. fi-
liũ. meũ pupillũ. ⁊ ſi ñ erit aut ſi erit heres ⁊ ifra

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

annos pubertatis vel in pupillari etate deceſſe=
rit. ſubſtituo ei ſeyum hec dr̄ expſſa ſubſtitutio.
qꝛ i ea oia verba exprimūtur q̄ exprimi oportet.
Subſtitutio pupillaris tacita ē hec. filius meꝰ
ipubes heres eſto. et ſi iſte ñ erit ille heres eſto.
vel ſic. quiſqꝫ mihi heres erit ſit heres filio meo
hec dr̄ tacita. qꝛ vͦba q̄dā nō expſſa ſꝫ tacite ſbin
telligūtur q̄ exprimūtur i expſſa ſbſtitutōe pupil
lari. Nā ꝑ hāc tacite intelligit̄ ꝙ ſi filiꝰ deceſſe=
rit i pupillari etate. ille q erit heres prī erit he=
res filio. Et debent̄ ille pupillares ſubſtitutōes
ſolis pupillis i ptāte parentum exn̄tibꝫ. et ab ipiſ
parentibus fiūt. ꝑ qꝺ euidenter pꝫ qꝺ nō a matre
ſꝫ a ſolo prē fiūt. cū mr̄ filios nō habeat in ptāte
ſꝫ nūq̄ ſubſtituꝰ ex pupillari expſſa repellitur a
mr̄e pupilli et ſubſtitutus ex tacita repellitur a
mr̄e pupilli et ſuccedit ipi pupillo mr̄. Item q ē
ſubſtituꝰ ex pupillari ſubſtitutōe fit heres ipi
pupillo. ille vͦo q ē ſubſtituꝰ ex vulgari fit heres
ipi teſtatori. Itē pupillaris tacita intelligit̄ eſſe
vulgaris expſſa q̄ mr̄ ſubſtituit̄ pupillo. Et hoc
ꝓpter puilegiū mr̄is. Item eodē mō qn̄ qs pu=
pillo vel alio ſubſtituit̄ ꝓpter adiunctā pſonā.
Subſtitutio pupillaris compēdioſa ē. q̄ fit ver
boꝝ ꝯpendio. q̄ vͦba i pupillari expſſa ſunt ꝓli=
xiora. Et ex ſꝫ dr̄ ꝯpēdioſa. et hꝫ fieri ſꝫ mō. In=
ſtituo ticiū filiū meū mihi i hedē. ⁊ qn̄cūqꝫ deceſ=
ſerit ſine filijs ſubſtituo ei ſeyū. vel ſic. Iſte filiꝰ
impubes heres eſto. et q̄cunqꝫ tpe deceſſerit ille
heres eſto. q̄ ſubſtitutō tm̄ locū habꝫ i milite. de
hoc in. l. pcibꝫ. C. de impub. et ali. ſubſti.
Subſtitutio breuiloq̄ ſiue reciproca ē. q̄ cōtinet
duas vulgares et duas pupillares ſubſtitutōes
vt cū duo impuberes inſtituti a parente q hꝫ eos i
ptāte inuicē ſbſtituūt̄ ſꝫ mō. S. et. T. filios me=
os impuberes mihi inſtituo heredes. et eos inui
cē ſubſtituo. Vn̄ qꝛ cōtinet expſſam pupillarē.
ſi aliquis p̄dictoꝝ deceſſerit in impuberi etate.
mr̄ impuberis decedentis oino repellit̄ et ſucce
dit ſubſtitutus. Et hanc ſubſtitutōꝫ lex appellat
reciprocā. et omes q̄tuor expreſſe ſunt.
Subſtitutio exemplaris vel exēplaria ē. q̄ fit a
parentibꝫ vtriuſqꝫ ſexus filio furioſo vel mente ca
pto. Et dicit̄ exēplaris. qꝛ fit ad exemplū pupil=
laris ſubſtitutōis. qꝛ ſic pr̄ ꝓuidet filio pupillo
q teſtari nō pt̄ de herede: ita ꝓuidet filio mente
capto vel furioſo. et fit hoc mō. T. filiū meū fu=
rioſū vel mēte captū mihi heredē inſtituo. Et ſi
deceſſerit furioſus vel mente captus anteq̄ ad
ſanā mentem ꝑuenerit. ſubſtituo ei talē filiū ſuū
vel frēm vl̄ aliquē alienū ſi deficiat filiꝰ vl̄ frat̄.
Subſtitutio obliq̄ ſiue nō directa ē fideicōmiſſa
ria et ē illa q̄ fit ꝑ fideicōmiſſum. vt ſꝫ. q̄cūqꝫ vͭm
ſine liberis deceſſerit. rogo vt eius portio ad ſu=
perſtitem ꝑueniat. Et qn̄ quis inſtituit heredeꝫ
et eius fidei cōmittit vt q̄cito poſſit eius heredi
tatem adeat et eam alteri certe pſone cui ⁊ qn̄
teſtator voluerit reſtituat. videlicꝫ tali die. vl̄ ſb
tali cōditōe ſi deceſſerit ſine filijs. vt ſi forte i ea
ꝯditiōe fuerit ꝙ teſtator magis diligat euꝫ et ex
teſtamēto eius directo nihil capere poſſit. puta
qꝛ directe et imediate capax nō eſt. qualis ē ſpu
rius. ſaltem hoc modo aliquid capiat et ꝯſeq̄t
ex hereditate vel totaꝫ ipaꝫ hereditatē. vt. C. ad
trebell. ꝑ to. q̄ſi. et. ff. e. ti. in multis. l. ⁊. i. c. ray
nūcius. Raynaldꝰ. de teſta. Et nō ꝙ i ſubſtitu=
tionibus fideicōmiſſarijs locū habet quartaruꝫ
deductio. i directis aūt nō. c. ſi pater. de teſta. li.
vj. vbi ē caſus. et ibi vide glo. de his ſuſtitutōibꝫ
eſt glo. in. c. raynūciꝰ. p̄alle. et inſtitu. de vulga.
et pupilla. ſubſti. ꝑ totū.
Subſtituꝰ hēs. Re. ſ̄. heres iſtitu. Et nō ꝙ in
oibꝫ ſbſtitutōibꝫ pmo p̄cedē dꝫ iſtitutō ſic pmꝰ
g̃dus et poni debet ſubſtitutio vt ſcꝺs. Hinc eſt
ꝙ dr̄ inſtitutus primꝰ heres et ſubſtituꝰ ſecūdꝰ
vt. l. cū ꝓponas. C. de here. inſti.
Subhaſtari. ē rem venalē ꝓponi haſta ſuppoſita
qꝺ frequens ē circa predia que nūciātur vel cen
ſentur fiſco vacare. et ſic ꝑ ſubhaſtatōꝫ plꝰ offe=
renti debetur.
Subſidiaria actio. Re. ſ̄. actio ſbſidiaria.
Subpūctare lr̄am ē eam dānare pūctis ſuppoſi
tis. vt qn̄ lr̄a ſupflua inferius pūctat̄. vt habet̄
ſup̄. de lr̄a C. in v̄. cancellare.
Succeſſio. qn̄ꝫ fit de capite in caput. et qn̄qꝫ de
gradu in gradū. ſm azo. in ſum. de ſucceſ. edic.
C. et. ff. e. ti. l. j.
Succeſſio de capite in caput. eſt cū deficiēte pri=
mo capite liberoꝝ oritur ſcꝺm caput agnatoꝝ.
et iſto deficiēte ſuccedit terciū caput cognatorū
et cognatis deficiētibꝫ ſuccedit̄ quarto ordine ꝑ
vnde vir et mulier vel vxor. vt. C. in ti. vnde vir
et vx. aut. preterea.
Succeſſio de gradu in gradū. ē. qn̄ plures pſo=
ne ſunt i eodem capite in diuerſis gradibꝫ. vna
prior altera poſterior. nā priore repulſa ſpe vel
repudiatōne. ſequēs ſuccedit. vt. ff. de ſuc. edic.
l. j. et. c. eo. ti. ꝑ azo. in ſum. Et ad pleniorem do
ctrinā ſucceſſionū ab inteſtato ſic ē diſtinguēdū
aut dubitat̄ qualiter deſcendētes ſuccedāt aſcen
dētibꝫ. aut q̄liter aſcendētes deſcendētibꝫ. aut q̄=
liter collaterales collateralibus. Primo caſu
aut ſuperſunt legittimi et naturales. aut legitti
mi tm̄. aut adoptiui aut naturales tm̄. aut nati
ex illicito coitu vt ſpurij ⁊c̄. Si legittimi et na=
turales. aut ſuperſunt tm̄ fidei primi gradꝰ aut
vlteriores. Primo caſu aut om̄s emācipati aut
omes in ptāte ſunt. et tūc iure veteri ⁊ nouo ſuc
cedunt equaliter ſublata dr̄a ſexus. vt. l. xij. ta=
bu. Et iſti. de here. q̄ ab iteſta. deſe. §. emācipati

.C. de ſuis ⁊ legi. here. l. vlti. ⁊ aut. in ſucceſſiõe
ibidẽ. aut ſupſũt quidã emãcipati ⁊ qdã i pͣtate
⁊ tũc iure veteri digeſtoꝝ vocabant̃ emãcipati ꝺ
iure ꝑtorio extãtes in pͣtate. ⁊ de iure ciuili oẽs
eq̃lit̃. licȝ diuerſis iurib9 vocarent̃. C. ꝺ legit. he
re. l. meminim9. ibi. cũ igit̃ ꝑtoꝛ filiũ emãcipa-
tũ ⁊c. ff. de bo. poſ. l. ſed cũ ꝑtoꝛ. §. bonoꝝ. In
iure vͦ autẽticoꝝ vocabant̃ etiã emãcipati cum
ſuis eq̃lit̃. vt i aut. de here. q̃ ab inte. deſc. §. reli
quũ. ibi. in illa ⁊c. Si vͦ ſupſũt vlterioꝛes. aut
erãt ꝯcepti viuẽti eo. de cui9 hereditate agit̃. aut
eo mortuo. Si eo viuẽte aut naſcunt̃ eo ſupſtite
ꝑ quẽ ꝯiũgunt̃. aut ꝯſtat eos excludi ſi velit ille
adire hereditatẽ. q2 ꝓcedit eos i g̃du. ſꝫ ſi nolũt
vel nõ pñt. q2 moꝛit̃ añq̃ adeãt. vocãt̃ vlterioꝛes
ꝑ eũ ꝯiuncti. Et ſi ſoli ⁊ eodẽ g̃du vocant̃ eq̃liter
ſi cũ patruis vocãt̃ in ſtirpes iure veteri ⁊ nouo
Idẽ ſi naſcunt̃ moꝛtuo pr̃e. q2 paria ſũt cũ nõ eẽ
moꝛtuũ. ⁊ repudiare. ⁊ cũ moꝛi añq̃ repudiat. ſi
nõ erãt ꝯcepti moꝛtuo eo de cui9 hereditate agit̃
nec ꝑtoꝛio nec ciuili iure vocant̃. nec excludũt ſe
quẽtes. vt hec oĩa euident̃ ꝓbant̃. C. ꝺ ſuis ⁊ le
gi. here. l. nepotes. ⁊ i aut. in ſucceſſione ibidȝ.
ꝑ alle. ⁊ inſti. ꝺ here. q̃ ab iteſt. deſc. §. cũ filius.
⁊ in aut. de here. q̃ ab inteſta. deſc. §. reliquũ pre
alle. col. xi. ⁊. ff. de iniuſto rup. irri. teſta. l. ſi qs
filio. Sane tñ hec intelligant eẽ vera. nõ ex eq̃li
tate tituli. C. ꝺ his q añ ap. tab. l. vnica. ⁊ ꝺ ca
du. tol. l. i. §. ĩ nouiſſimo. eo caſu q̃n ius ꝯpetebat
adulto filio. vt. C. ad ſena. ꝯſul. oꝛphi. l. vlti. ꝑdi
cta ꝓcedũt ſi naſcunt̃ eo extñte in pͣtate ꝑ quẽ cõ-
iũgunt̃. Si vero ſit emãcipat9 ⁊ nepotes reponã
tur. i. remaneãt in pͣtate eius. de cui9 ſucceſſione
tractat̃ ꝯſiderato iure ciuili antiq̃ ꝑferunt̃ nepo
tes. ſꝫ ꝑ edictũ de ꝯiungẽdis cũ emancipato libe
ris ei9 vocant̃ ſimul. Et tãtũ ꝯſequit̃ fili9 quãtũ
oẽs nepotes ex eo nati. vt appet. ff. de ꝯiungen.
cũ emãci. l. eius. §. int̃ ipm. ⁊. ff. ꝯtra tab. l. i. §.
q habeãt. ⁊. l. q habet. ⁊. l. cũ emancipat9. §. ſi pr̃
Sed iure nouo autenticoꝝ ꝑferunt̃ filij. q2 prio
res in g̃du cũ ſublata ſit ſñia patrie poteſtatis.
Et ſic eſt correct9 ille titul9. de ꝯiungẽ. cũ emãci.
vt no. e. ti. l. i. in pñ. ⁊. C. ꝺ ſuis ⁊ legi. here. l. fi.
⁊ aut. i ſucceſſione. ibidẽ. qꝺ intellige. vt ibi dr̃
Nã titul9 ille adhuc hodie manet ſꝫm Ja. ꝺ Ra
uen. al's de rauani. ſcȝ quo ad ſucceſſiones ex te
ſtamẽto. Si aũt moꝛtuo aſcendẽte ſupſunt deſcẽ
dentes legittimi tñ vt adoptiui. tunc ſi dant̃ in
adoptionẽ deſcendẽtibus ꝑ lineã maſculinã vel
femininã ſuccedũt eis ex teſtamẽto. ⁊ ab inteſta-
to exheredati hñt querelam. Si dant̃ extraneis
in adoptõẽ. aut moꝛit̃ pr̃ adoptiu9 teſtatus aut
inteſtat9. ſi teſtat9 regulariẽ nihil relinquere co-
git̃. fallit in caſu ſi arrogat9 ſit impubes cui cogi
tur quartã relinq̃re ex ꝯſtitutõe diui pij. vt. l. pa-
pinianus. §. ſi qs. ff. de inoffi. teſt. ita ſimplr̃ di
rit Dy. Sed qd ſi erat fact9 pubes. an debeat ſi-
bi quarta? dic vt no. C. de adop. l. ij. Si aũt mo-
ritur. pater adoptiuus inteſtat9 aut ſine legitti-
mis ⁊ naturalib9. ⁊ tũc oẽs ſuccedũt adoptiui
Aut extantib9 legittimis ⁊ naturalib9. ⁊ tũc re
probata quoꝛundã opinione. qui dixerũt ꝯtrari
um. vocant̃ etiã cum legittimis ⁊ naturalib9 eq̃
liter. Si tpe moꝛtis repiunt̃ in poteſtate hec ꝓ-
bant̃. C. ꝺ ſuis ⁊ legi. here. l. fi. Tercio caſu q̃n
moꝛtuo aſcendente naturales tñ ſuperſunt aut
extãtibus legittimis aut non extantibus. Pri
mo caſu aut decedit pater teſtatus aut inteſta-
tus. Si teſtat9 poteſt eos inſtituere in vncia. vt
in. l. ij. ⁊ in aut. ibi poſita. C. de natura. libe. Si
inteſtat9 in nihilũ ſuccedũt. ſed alunt̃. vt in aut.
de natura. lib. §. ſi vero. ⁊. C. ꝺ natura. lib. aut.
licȝ. Scꝺo caſu quãdo nõ extantib9 legittimis
filijs naturales ſupſunt. extantib9 parẽtib9 aut
nõ extantibus. Hic extãte. aut decedit teſtat9. ⁊
tũc poteſt naturales inſtituere inſolidũ ꝑentib9
relinquẽdo legittimam. aut inteſtat9 ⁊ nõ ſupſũt
ꝯiunx legittima. ⁊ tũc ſuccedunt i duas vncias
vt in aut. licȝ. ꝑ alle. Quarto caſu quãdo ſuper-
ſunt ſpurij. aut tractat̃ ꝺ ſucceſſione linee pater-
ne aut materne. Si pñe ſpurij ex illicito coitu
nati nulli ſuccedũt. in aut. q. mo. na. effi. ſui. §.
vlti. Si mr̃ne aut tractat̃ de ſucceſſione matris
aut ꝑ ſucceſſionẽ ꝯiũctoꝛum ꝑ mr̃em. Si matris
aut nõ eſt illuſtris aut illuſtris. Si ꝑmũ vicȝ nõ
illuſtris. aut ſupſũt ſpurij vulgo queſiti. aut ſup
ſunt ſpurij inceſtuoſi vl' nephari. Si ſũt vulgo q̃
ſiti ſuccedũt matri indiſtincte. vt. ff. ad turpil. l.
j. §. j. ⁊ inſti. e. ti. §. nouiſſimo. ſi ſunt ſuſcepti ex
damnabili coitu nõ ſuccedũt. in aut. q. mo. na.
effi. ſui. §. fi. Si vͦ mr̃ eſt illuſtris tũc aut extã-
tib9 iuſtis filijs aut nõ. Et dic. vt. C. ad ſena. cõ
ſul. oꝛphi. l. ſi q2. Si vero de ſucceſſiõe ꝯiunctoꝝ
ꝑ mr̃ẽȝ idiſtĩcte ſuccedũt ⁊ eis ſuccedit̃. vt. ff. vñ
ꝯgna. l. ſi ſpurius. ⁊. l. i hac pte. Scꝺo caſu ꝑnci
pali. ſ. q̃n agit̃ aliq̃lit̃ aſcẽdẽtes ſuccedãt aut ſu-
ꝑeſt pr̃ ⁊ mr̃. vl' mr̃ tñ. aut vterqȝ ſimul cũ frĩb9
vtriqȝ ꝯiũctis. aut cũ ꝯiũctis ex altẽa pte tñ. aut
ſupſũt au9 vl' auia vnacũ frĩb9. Primo caſu iu
re veteri ꝑferebat̃ pr̃ mr̃i ſi fili9 fuit in poteſtate
q2 olim occupabat iure peculij. ⁊ q2 erat agnat9
mater vero ꝯgnata. vt. ff. ad turpil. l. vl. Itẽ hec
erãt tũc vera in naturali ⁊ legittimo pr̃e. ſecus i
naturali tñ quẽ nõ hr̃ in poteſtate. ⁊ ſic ñ hr̃ be
neficiũ manumiſſoꝛiũ. Itẽ ſec9 in legittimo. vt. ff.
ad turpil. l. ſi prẽȝ. hodie vͦ fili9 hr̃ heredẽ ⁊ nõ
occupat iure peculij. vt in aut. de here. q̃ ab iteſt.
deſc. §. j. Itẽ ſublata eſt differẽtia agnationis ⁊
ꝯgnatõis. vt eo. ti. §. nulla. ⁊ iõ pater ⁊ mr̃ pit̃
vocant̃. vt. C. ad turpil. in aut. de fũcto. ſecũdo

caſu locum habet inſti. ad ſenatuſconſul. orphi. .§. j. quia hodie ſimul vocanẗ imporꝛtiones viriles. vt in auten. de heredibus. ab inteſtato venientibus ⁊ de agnatorum iure ſublato. §. conſequens. ⁊ in auẗ. defuncto. ꝑalle. Tercio caſu preferꝛtur pater ⁊ mater fratribus coniunctis ex altera pte tm̄. vt in auẗ. ꝑalle. defūcto ⁊c̄. Quarto caſu eſt opinio inter Bulgarū ex vna. ⁊ Martinū ⁊ Johannem ptibus ex altera. vt in iaꝫ allegato auẗ. defuncto. Tercio caſu principali cū tractatur de ſucceſſione collateralium aut ſunt fratres vtrinqꝫ ꝯiuncti tm̄ ⁊ ſuccedunt. vt. ff. de ſuis ⁊ legitti. here. l. j. §. vlti. aut ſupſunt coniūcti ex altera pte tm̄. vt vterini tm̄ vel ꝯſanguinei tm̄. tunc aut ſuperſunt ex legittimo nati matrimonio. aut non. ſi primū tunc ſuccedunt. vt. C. de ſuis ⁊ legittimis heredibus ⁊ ex filia nepotibꝫ ab inteſtato venientibꝫ. auten. pꝰ fr̄es. ſi ſcōm aut ſunt ꝯiuncti ꝑ patrem tm̄ ⁊ nō ſuccedunt vt in auẗ. qui. mo. na. effi. ſui. §. filium. Si per matrem ſuccedunt etiam ſpurij vel ex vulgo queſiti vt. ff. vnde cogna. l. ij. aut ſuperſunt vterini tm̄ ⁊ ꝯſanguinei tm̄. ⁊ tunc pariter ſuccedunt in bōis a ſe queſitis. quia cognatio hodie ab agnatōe n̄ differt. vt in auẗ. poſt fratres. ꝑalle. Sed ī bōis queſitis a patre ꝑferuntur conſanguinei ⁊ in q̄ſitis a matre ꝑferunẗ vterini. vt. C. de ſuis ⁊ legit. here. l. de emancipatis. Et in hoc non remanet illa lex incorꝛrecta. aut ſuperſunt vtrinqꝫ cōiuncti cum conſanguineis tm̄ vel vterinis tm̄ et ꝑferunẗ vndecunqꝫ queſitis. vt in auẗ. itaqꝫ. C. ꝯmunia de ſucceſ. Naꝫ duplici iure vtunẗ. vt in corpore vnde ſumuntur. aut ſuperſunt fratres ⁊ filij fratrum. ⁊ tunc ſuccedunt eadem diſtinctione ſeruata vtrinqꝫ ꝯiunctorum ⁊ nō cōiunctorum. vt in auẗ. ceſſante. C. de ſuis ⁊ legit. here. dic vt ibi. vel ſuperſunt etiam nepotes fratrum vel vlterioꝛres. ⁊ tunc qui prioꝛ eſt in gradu potioꝛ erit in iure. auẗ. poſt fratres. ꝑalle. ſm̄ Hy. cuius fuit hec diſtinctio paucis per Cy. additis qui hanc ponit ad litteram. C. cōmunia. de ſucceſſ. in auẗ. itaqꝫ ꝑealle. ⁊ datur ſuper. c. autoritate. de ꝯceſſ. ꝑben. li. vj. Ex dictis de ſucceſſiōe hereditaria talis oritur queſtio. Utrum q̄ preferantur in ſucceſſione inter pueros fratris ex matre tm̄ ex vna. ⁊ inter pueros filie ſororis patris vel pueros filie fratris patris. aut pueros filij ſororis patris partibus ex altera. In hac queſtione incidens caſus eſt talis. quidam. h. fuit frater ex parte matris tm̄ cuiuſdam. g. vxoris. h. idem. h. cum quadam. k. famula ſua generauit duas filias in ſtatu ſoluto. depoſt contraxit. h. cum. K. matrimonium et ipſa. k. in celebratione matrimonij ſuas tenuit filias ſub mantello.

ſurgit ex h̄ queſtio. an iſte filie ſint legittimate ⁊ poſſint ſuccedere vel ne. Et reſpondetur ꝙ ſic videlicet ꝙ ſint legittimate ⁊ ſuccedunt ac ſi fuiſſent legittime a principio generationis. fa. §. dubitatuꝫ. in auẗ. de inceſt. nup. coll. ij. Quia legittimati per ſubſequēs matrimonium habent omnes ſucceſſiōes quas habēt illi q̄ ſunt ab initio legittimi ⁊ naturales. ita dicit bar. in. §. dubitatum. ꝑalle. facit etiam. §. tribus. in autenti. quibus modis naturales effi. ſui. verſi. reliquū collatione. vij. vbi dicit Bartholus ꝙ tales ſic legittimati efficiuntur primogeniti ſiue poſtea alij liberi naſcantur ex eodem matrimonio ſiue non. ⁊ ſuccedunt illis perſonis quibꝫ ſuccedunt illi q̄ ab initio legittimi nati fuerunt. facit ad h̄ l. cum quis. C. de naturali. libe. ⁊ inſti. de nup. .§. fi. vbi gloſa ſuꝑ verbo. interdictum. cū glo. pe. Item in. c. tanto. in principio. qui fi. ſunt legitti. Et ad queſtionem principalem. qꝛ in caſu ꝑn̄ti pueri filie ſororis patris. pueri filij fratris patris. ⁊ pueri filij ſororis patris ſunt in eodem gradu. tunc filia fratris ex vna pte ꝑferẗ in ſucceſſione pueris ſupradictis. ptꝫ hoc. C. de legit. here. auẗ. poſt fratres. cuꝫ ſimi. vbi dicit qn̄ defunctus non reliquit fratrem vl' ſororem ex vtroqꝫ parente. nec eorundem fratris ⁊ ſororis liberos. ex tunc preferuntur in ſucceſſione fratres ⁊ ſorores ex vna parte ⁊ eorundem liberi ⁊ ſunt in gradu viciniori ꝙ̄ pueri ſupradicti. ſcilicet filie ſororis patris ⁊ pueri filie fratris patris. ⁊ filij ſororis patris. vt in auten. de heredibus. ab inteſtato venienti. §. reliquum. et. §. illud palaꝫ Idem dicit Bar. de Sali. in auten. poſt fratres ꝑalle. ⁊ probatur. C. de legi. here. in auten. poſt fr̄es. ij. vbi habetur ꝙ poſt fratres ⁊ ſorores ⁊ eorum liberos ſuccedent a primo. alij ſm̄ gradus ſuos nam puer fratris ex vno parente eſt in tercio gradu conſanguinitatis. ſed ſupradicti pueri ſunt in quarto gradu. ⁊ qui vicinioꝛ eſt in gradu preferetur in ſucceſſione ergo ⁊c̄.

Suffragium eſt proprie patrocinium quod preſtat aduocatus aut conſilium vel ſeruitium. xij. q. ij. ſuffragia. Quandoqꝫ ponitur pro ſalario quod debetur aduocato ſm̄ azonē. C. de ſuffra. Quandoqꝫ eſt conſenſus in ſcriptis redactus. ſcilicet cum dicitur ego. b. nomino. p. in prelatū ⁊ ſic ſumitur de elect. c. perpetuo. li. vj. Eſt etiā auxilium deprecationis pro animabus factum. ⁊ ſic ſunt quatuoꝛ modi ſuffragandi pro animabus ad quos omnes alij reducuntur. ſcilicet oratio beatorum hominum ſiue amicorum. ieiunium. elemoſina. ⁊ ſacramentum altaris. Unde Miſſa preces dona ieiunia quatuoꝛ iſta. Abſoluunt animas quas purgans detinet ignis. de h̄

vide glo.in.c.cum creatura.de cele.miſ.
Sup.hec ꝓpoſitõ de ſuo ſignificato ſignificat in
iure ypothecatõez.⁊ p hoc ſi teſtator legat ãnuo
x.ſup tali fũdo.ſenſus ẽ ꝙ ipm fũdũ ypothecat
ꝓ illo legato.⁊ idẽ i.pmiſſiõe.Nã ypotheca dr̃
ab ypos.i.ſub ⁊ theſis poſitõ q̃i ſubpoſitõ.Itẽ
dictio ſup.q̃ñq3 nõ ſignificat ypothecatõiez q̃ñ
aliq̃d impedit.v.g̃.ꝯcedo tibi.x.annua ſup tali
re.trãſferens in te dominiũ.ex hac cã p trãſlatio
nẽ dñij impedit̃ ypotheca.vt in.l.pign⁹.ff.de re
iudi.Itẽ dictio ſup.q̃ñq3 ponit̃ ꝓ de.vt in.c.ſup
ſpoliatiõe.de or.cog.c.ſup lr̃is.de reſcriptis.c.
ſup eo.de elec.⁊ ſic dicit alexãder.Aũ ſup ẽ ꝓ de
⁊c.q̃ñq3 ponit̃ ꝓ preter.vt no.in dictis iurib.
Suffragari.i.auxiliari.Inde dicunt̃ ſuffraga
nei.i.auxiliarij dyoceſanoꝝ epoꝝ.de elec.c.ſuf
fraganeis.vbi epi dyoceſani dicũt̃ archiepi me
tropolitani.⁊ poſſunt eo tm̃ ꝯfirmato nondũ ꝯſe
crato nec palleato de mandato eius conſecrari.
vt ibi dicitur.
Supinũ hꝫ duos caſus tm̃ accuſatiuũ ⁊ ablati
uum.i ablatiuo ſignificat terminũ a quo vt mi
nor natu.vt in.l.iij.§.minorẽ.ff.de mino.Nã tẽ
pus legis ꝯputat̃ a tpe natiuitatis.vt a termio
a quo.ſed in accuſatiuo ſignificat terminum ad
quẽ.Rõ.q2 voluntas defũcti.ſ.ei obtpari ẽ ter
min⁹ ad quẽ.⁊ nec iſto caſu nec ꝑcedẽti ſignificat
ꝯditõez.q2 nihil qꝺ ſuſpẽdi poſſit ſubeſt.Supi
nũ ꝗ in vtroq3 caſu.ſ.accuſatiuo ⁊ ablatiuo ſum
ptũ de ſe ſolo nõ importat ꝯditõez.niſi addat̃ ei
verbũ vl̃ pticipiũ futuri tpis.vt ventur⁹ vl̃ itur⁹
Tũc ei ex adiũcto ꝙ ꝯtinet euentũ ꝯditõz ſigni
ficabit.ꝗ nõ ex ſuo ꝓprio ſignificato ꝗ tm̃ ſignifi
cat terminũ a ꝗ vel ad quẽ
Supficiales edes ſũt.q̃ i ſolo ꝯductu vel empto
ſũt poſite.q̃z ꝓpingtas ſeu ꝑpetas ciuili ⁊ natu
li iure ei⁹ eſt cui⁹ eſt ſolũ.vt.ff.de ſupficie.l.ij.vl̃
edificia ſup ſoli faciẽ facta.puta.q2 dñs ſoli ex lo
catõe ꝯceſſit ſup ſolũ ſuũ edificia fieri.
De ſupficie in rẽ actio.Re.s̃.ꝺ actionibus.
Suppellex eſt domeſticũ pr̃is familias inſtrumẽ
tũ in ꝗ ꝯtinent̃ mẽſe ciphi ſcephalia ſubtellia cul
tra.Impiria vaſa oraria aquaria peluos agna
ria traba vaſa eſtuaria vulgaria.i.ad certũ offi
ciũ attrbuta ⁊ cetera iſtrumẽta dom⁹ vt ſcribit põ
pom⁹.dr̃ aũt ſuppellex.vt labeo ait.q2 hi q in le
gatõe mittebant̃.ſecũ ſuppellectiles deportabãt.
vt in.l.labeo.ff.de ſuppelle.lega.q̃ aũt ꝯphendã
tur ſub vocabulo ſuppellectilis determiat Bal.
in.l.in legatis.C.de lega.
Supplicarij dicunt̃.qui ob aliquod delictũ enor
me in publicum deuoluuntur erariuz.que deuo
lutio dicit̃ bonorum publicatio.
Supplicatio eſt petitio venie ꝑoris erroris vl̃ eſt
quedam benignitatis ipiue ſupioris imploratõ
Et ponunt̃ tres differentie inter ſupplicationẽ ⁊
appellationẽ.vt in glo.iiij.c.ex lr̃is.ꝺ in inte.re
ſti.Et ſumit̃ ibi ſupplicatio ſtricte ꝓ ea que por
rigit̃ aduerſus ſententiã ꝗ petit̃ reuocari.Quis
al's capiat̃ large ꝓ qualibet ꝑcuz porrectiõe.Et
ponit hut.quartã differentiã.q2 non licet tercio
appellare.ſed bene licet tercio ſupplicare.quam
differentiam Iohannes.an.quẽ ſequitur Bar.
reprobans dicens hut.erraſſe.quia intelligitur
ꝙ poſt duas ſupplicatões tercia admittit̃.tũc eſt
ꝯtra caſum.l.ſi aduerſus.C.de ꝑci.impa.offe.
ſi ſcðo intelligit̃ ꝙ poſt duas ſententias latas i
cã appellationis liceat poſtea loco tercie ſenten
tie facere ſupplicatõez.Item falſũ eſt.quia q̃ñ ñ
licet tercia vice appellare.nec licebit ſupplicare.
Alia differentia licet in appellatiõe a ſententia
diffinitiua.ſec⁹ tñ in interlocutoria nõ ſit neceſſe
exprimi cauſã aliquã.tñ in ſupplicatõe neceſſa
rio apponit̃ cauſa ſaltẽ colorata al's ſupior nõ de
bet admittere ſupplicatõz.Item differũt.q2 ſol⁹
princeps ſupior ꝯcedere habet ſupplicatõez.ſed
appellatio etiam fit ab inferiori.
Surreptõ ẽ repẽtina ⁊ feſtina alicui⁹ falſitatis
ſuggeſtio.⁊ dicitur a ſub ⁊ repo.de hoc no.i.c.
ſuper litteris.de reſcriptis.
Suſpẽſio excõmunicatõ ⁊ exiliũ differũt.q2 pt̃
ſuſpẽſus ſine peccato ꝯmũicare alijs hoib ⁊ alij
ſibi.ſec⁹ in excõmunicatõe ⁊ exilio que tñ differẽt
inter ſe.q2 excoicat⁹ pt̃ manere in ciuitate.licet
priuet̃ hoim ꝯmuniõe.ſed in exiliũ miſſus expel
lit̃ tã a ciuitate ꝙ a ꝯmuniõe hoim.vt ſuſpenſus
celebrãs ꝑpetuo deponi debet.c.vt clericoꝝ.de
vita ⁊ hone.cle.⁊.c.clerici.⁊ latores.de cle.ex
com.miniſtran.
Suſpẽſũ dr̃ id qꝺ excedit domos vl̃ vltra eas ex
tendit̃.Qꝺ ſi ceciderit ⁊ alicui nocuerit vl̃ dam
nũ intulerit in via publica eunti.tenebit̃ dñs do
m⁹ illi⁹ de ꝗ damnũ illatũ eſt.vt.ff.de effu.⁊ eiec.
per totum.
Suſpect⁹ dicitur qui nõ ex fide adminiſtrat.vt
inſti.de ſuſpec.tuto.§.ſuſpectus.
Su⁹ qs dicat̃.Cum dr̃ qs ꝓſequi iniuriã ſuoruz
vide in.c.decetero.de teſt.⁊ in.l.ſi femia.C.ad
turpil.nã dr̃ ille q etiã admittit̃ ad ſucceſſionem
ab inteſtato ſiue iure agnatõis ſiue ꝯgnatõis.ꝺ
ꝗ etiã in.l.negãda.C.q accu.nõ poſ.canoniza
tã.iij.q.xj.c.negãda.Bal.⁊ moderni dicũt illũ
eẽ ſuũ.ꝓ quo pt̃ quis agere ſine mãdato cũ ſola
cautione.de rato.vt ſũt omes agnati ꝯgnati filij
liberti.pꝛoni ⁊c.Contra quos nõ poteſt qs cõ
pelli teſtificari in cã crimiali.vt no.in.c.decete
ro ꝑalle.Item aliter capit̃ cũ qs dicit̃ eẽ ſuus.i.
ſue mẽtis vl̃ apud ſe.vt in.l.fulcim⁹.§.adeo at̃
latitatõ.ff.q ex cau.in poſ.Et ẽ ibi pulcher mo
dus loquẽdi.ꝙ furioſus.ebri⁹.dormiẽs.pupill⁹

7c̃. dicit̃ nõ ẽẽ ſu⁹. nec patit̃ vẽditõeʒ al's vẽdica
tõʒ ꝺ q̃ ibi. Nã ñ ſe occl'tat q ſu⁹ ñ ẽ. vt i. §. adeo
p̃all e. Itẽ ſuum eſt verbũ ambiguũ. iõ dicẽs ſuũ
nõ eſſe. adicere debet neqȝ ſibi ꝯmune. ff. de ver.
ſig. l. pupillus. in fi. 7c̃. 7 ſic qꝺ ꝯmune eſt meuʒ
dici poteſt. vt. l. ſerui electõʒ. §. adeo. ff. de le. j.

**Tabellarius ſiue**
tabellio eſt publica pſona ſacram̃
to aſtricta in ciuitate. vt rõnes et
acta in formã publicam redigat a
p̃ncipe ad hoc officium deputatus 7 ꝯfirmatus
Vel ſic. eſt pſona publica habens officium ſcri-
bendi inſtrumẽta ſup ꝯtractibus vl' alijs rebus
ad faciendum fidem ſup eiſdem. Et tabelliona-
tus officiũ p beneficij ſubtractionẽ appellatione
poſtpoſita interdici debet clericis in ſacris ordi
nibꝰ cõſtitutis. c. ſicut. C. ne cle. vel mo. Et dat
ibi glo. rationẽ. q2 genus negatõis eſt. Et finali
ter tenet glo. ꝙ in cauſa eccleſiaſtica vel ſpũali
pt̃ exercere officiũ. vt. c. qm̃. de ꝓba. 7. xxvij. q. ij.
multoꝝ. Itẽ tabellio debet eſſe requiſit⁹ 7 roga
tus. vt in ſpe. de inſtru. edi. §. ij. verſi. ſed pone. 7
. §. iij. in. j. columna. vt eſt glo. i verbo. requiſitis
in cle. romana. de iureiur̃. Item tabellio cõpel-
litur ꝯficere inſtrumẽta ſi rogetur. ſed pone mã-
dato ſupiozis nõ vult ꝯficere. quid erit? Reſpõ-
det̃ ꝙ priuat̃ officio tabellionat⁹ ſm̃ Baldum i
l. prouidendũ. C. de poſtulã. Et eſt rõ. q2 eſt ſer-
uus publicus. hoc tñ limitat̃ niſi vna cum offi-
cio notariatus habeat illud officium annexũ. 7
illud p quinquenniũ exercuerit: tunc em̃ inuit⁹
rogari nõ pt̃. Caſus eſt vnic⁹ 7 ſingularis. vt ibi
notat. Ange. in. l. j. C. de tabul. li. x. Sed queri
tur vtꝝ tabellio qñcunqȝ vult poſſit renunciare
officio tabellionatus. Reſpondet̃ ꝙ non. rõ. qa
nemo pt̃ renunciare ſuo officio niſi in man⁹ ſupi
oris ꝯcedentis. l. legantis. ff. ꝺ offi. pſi. c. admo-
net. ꝺ renũc. 7. c. ꝙ in dubijs. e. ti. Bal. ad h̃ in-
ducit. l. filijs. ff. de fur. Item querit̃ an tabelliõi
cui tpe rogatus fuit ſolutum de mercede ꝯfectio-
nis inſtrumenti. debeat iteꝝ ſolui qñ pars velit
habere copiam inſtrumẽti. Reſpondetur ꝙ ſic.
glo. eſt no. in. l. fi. §. exemplaria. C. de prin. agẽ.
in re. li. xij. qꝺ eſt menti tenenduʒ. ſm̃ luꝺ. ꝺ ro.
quia quottidianum. cetera ꝙ̃plura. vide ſupra.
de I. 7 N. Et quot perſoĩs equiualeat tabellio
in fide ſcriptis adhibenda. eſt glo. i verbo duos
viros. in. c. quoniam contra falſam. de ꝓba. Et
nota. licet ſacerdos non debeat exercere officiũ
tabellionatus. c. ſicut te. p̃alle. tamen ſi conficit
valet ſm̃ Baz. in. l. vniuerſis. C. de eden. Sed
pone ſacerdos ſcribit legatum ſue eccleſie. vt ta
bellio. an talis ſcriptura valeat 7 ꝓbet. Reſpõ-
detur ꝙ ſic. c. cum inter nos. de re. iu. vbi deter-
minat Jo. an. Et ꝓbatur. q2 poteſt eſſe teſtis. c.
raynuci⁹. de teſti. nõ obſtat ꝙ pr̃ nõ poteſt con-
ficere inſtrumentũ ꝓ filio. vt eſt gloſa ſingularis
l. Impuberis. §. j. ff. de falſa. quia nõ eſt eadem
ratio in patre 7 ſacerdote. Iteʒ punit̃ tabellio q
accipit aliquid etiam a ſponte ſoluente vltra ꝓ-
prium ſalarium ſm̃ Bal. in aut̃. Sed hodie. C.
de epi. 7 cle. Item ſcribens falſum inſtrumentũ
immunitatis. dẽ puniri pena ignis. Caſus eſt i
l. j. C. de emu. ꝯceſ. li. x. Et ſcribens minutum
inſtrumentum perdit manum. c. imperialem. §.
Scriba de probibita aliena per fridericum. Itẽ
ſcribens inſtrumentum vſurarium eſt periurus
7 non poteſt amplius conficere. Et poteſt pro-
nunciari infamis ſm̃ hoſti. in ſum. de vſu. in fi.
. §. fi. ꝺ. quid de notario. 7 archi. de hoc. xxxviij.
diſti. c. ſicut.

Tabularij etiam ſm̃ accur. ſunt qui faciendis
publicis inſtrumentis publice preſunt in ſingu-
lis ciuitatibus. Require ſupra. Scribe. 7. xxj.
q. iij. §. pt̃. ad fi. 7. C. de tabula. li. x.

Tabernarius dr̃ q tabernã exercet vinũ vẽdẽs.

Tabule teſtamenti inde vocate ſunt. quia ante
cartarum vſuʒ. in tabulis taʒ teſtamenta ꝙ̃ epi
ſtole ſcribebantur. quaꝝ portatores tabularij vo
cabantur ſm̃ Iſi. li. v. 7 tabule teſtamenti ꝓprie
ſunt teſtamentum editum in ſcriptis ſignatum
7 pfectum. Sed abuſiue etiã illa teſtamenta vl'
tabulas appellamus que falſa ſunt 7 viciata ſm̃
Azo. in ſum. C. de tabu. exhiben.

Taciturnitas eſt qñqȝ habenda pro confeſſiõe
etiam quandoqȝ tacitum habetur ꝓ expreſſo. ff.
ſi certuʒ pet. l. cum qꝺ. 7. c. gratũ. de offi. dele.

Tacere hoc verbum de ſe nec ſignificat ꝯſenſuʒ
nec diſſenſum. ſed tenet medium. Vñ nota ꝙ eſt
dare ꝯſenſum diſſenſum 7 medium. quod nõ eſt
ꝯſenſus nec diſſenſus. vl' aliter. naʒ habem⁹ vel-
le 7 nolle 7 mediuʒ qꝺ nõ eſt velle nec nolle. Nã
velle eſt ꝯſentire. nolle eſt diſſentire ſiue reſiſtere
p motum animi. Vñ in vtriſqȝ. ſcʒ velle 7 nolle
eſt motus animi ad hoc ꝙ vult vel non vult. id
eſt reſiſtit. Sed non velle ſiue non nolle eſt. cum
nullus eſt motus animi ad vnum vel ad aliud ꝓ
vel contra ſa. l. j. in. §. ſcientiã. ff. ꝺ tributa. act.
vbi dicit vulpi. ſcientiam hic eam accipimus q̃
habet voluntatem. ſed vt ego puto non volun ta
tem ſed patientiam. Non enim velle debet domi
nus ſed non nolle. Si igitur ſcierit 7 non prote
ſtatur 7 nõ contradicit. tenetur tributaria acti-
one. Si vero diſſentit non tenetur illa actione.
tenetur autem ſi conſentit. etiam ſi non conſen-
tit ſi tamen non diſſentit. vt ibi dicitur. Sequi-
tur ergo ꝙ tacere de ſe nec conſenſum nec diſſen
ſũ ſignificat. Quandoqȝ autem ſic quando ſigni
ficato aliũ de ſūpto q̃uis ꝓbabili medio ꝯcludi-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg